This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06907984 0

CLOSED

ΘΕΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ

ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ,

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΝΑΓΝΩΣΙΝ.

THEONIS SMYRNAEI

PLATONICI,

EXPOSITIO EORUM, QUAE IN ARITHMETICIS AD PLATONIS LECTIONEM UTILIA SUNT.

BULLIALDI INTERPRETATIONEM LATINAM, LECTIONIS DIVERSITATEM SUAMQUE ANNOTATIONEM ADDIDIT

J. J. DE GELDER.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.
MDCCCXXVII.

PUBLIC LIBRARY

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
73315
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1927.

PRAEMONENDA,

DE AETATE, SCRIPTIS ET DOCTRINA

THEONIS SMYRNAEI.

CAPUT PRIMUM.

De Aetate Theonis Smyrnaei.

§. 1.

Ea, quae Bullialdus de Theonis Smyrnaei aetate tradidit, sunt pauca, ejusmodi tamen, ut operae pretium existimaverim partim ejus rationes repetere, partim Doctissimi Viri sententiam explicare, interdum autem ex iisdem illis rationibus alias ducere; quo facto Disputationem de aetate Theonis me absolvisse arbitrabor. Jam primo loco dicendum est de Thrasyllo, quem saepius Theon laudat (1), quo adeo

(1) Theon *de Musica* Cap. II. pag. 74. Cap. XXXV. pag. 137, et Cap. XXXVI. pag. 145. *Edit. Bullialdi.*

adeo Theonem posteriorem esse judicat Bullialdus (2). Certe illud negari non poterit, Theonem libros scripsisse, posteaquam Thrasylli scripta prodierunt. Hunc autem Thrasyllum Tiberii familiaribus interfuisse, ex iis, quae Historici tradunt, certis rationibus constat (3). Multa hi fabulantur de vaticiniis quae Tiberio edidit (4). Utrum revera Tiberio vaticinatus fuerit Thrasyllus, nec ne? de eo non opus est, ut anxie disputemus. Nam hoc eum fecisse non dubito. Erat illa temporum consuetudo, et ingenia Imperatorum fraudibus istis valde accommodata. Sunt plura exempla apud Suetonium et Plinium aliosque. Illa autem ars *Mathesis* et *Astrologia* dicebatur; et *Medicina* plerumque cum illis artibus conjungebatur. Hinc fortasse explicandum quod de re Medica scripsit Thrasyllus. Sed Dio Cassius eo loco, quo illud Thrasylli vaticinium refert, ait λόγος ἔχει, quasi dicat ad

(2) Bullialdi *Praefatio ad Theonem.* pag. 8.

(3) Suetonius *in Tiberio* Cap. XIV, memorat Thrasyllum Mathematicum, quem dicit Scholiasta Juvenalis *ad Satyr.* VI. v. 576. „ Mathesi praecipue apud Tiberium viguisse: " et Dio Cassius Lib. LV. Cap. 11. Θράσυλλον ἄνδρα πρὸς ἀστρολογίας διαπεφυκότα appellat. Diog. Laërt. eum Democriti scripta ordine disposuisse narrat Lib. IX. S. 45, quibus praefatus esse videtur libro, quem citat idem Laërtius Lib. IX. S. 38. Plura de Thrasyllo notavit Bullialdus *ad Theonem* pag. 248.

(4) Cff. Suetonius, Scholiasta Juvenalis, Dio Cassius ll. cc. et Tacitus *Annal.* Lib. VI. Cap. 20. pag. 152, ubi Lipsius, Thrasyllum de re Medica libros conscripsisse dicit, idque Plinium saepe memorasse. Imperium a filio Thrasylli Neroni praedictum esse dicit Tacitus *Annal.* Lib. VI. Cap. 22.

ad rumorem et fabulas illud pertinere. Sed hoc certissime constat, post Tiberium Theonem floruisse. Verumtamen Bullialdus non satis accurate temporis spatium constituere videtur, intra quod Theonem vixisse existimat: quod e locis quibusdam Ptolemaei, Theonem citantis, videbimus, quibus scilicet Smyrnaei aetatem accuratius definire conabimur. Integra autem ejus Astronomi verba mox adscribemus, quoniam Theonis fragmenta exhibent.

§. 2.

Artium et doctrinarum studia, imperante Adriano, plurima incrementa ceperunt, quoniam ille Imperator multarum erat peritus neque illarum, quas ipse non coleret, inimicus (5). Nam cum ea sit hominum indoles, ut vicissitudines, quas mutata rerum civilium conditio vel Principum virtutes aut vitia effecerunt, fere non experiantur, sine aliqua ingenii morumque mutatione, solent illae res, quae ingenii judicio reguntur, veluti artes et disciplinae, eadem illa rerum inconstantia gubernari, cui hominum vita obnoxia est. Vis illa rerum civilium in Eruditorum ingenia, quae apud omnes gentes observatur, prospera adfuit hominibus, Adriani aetate viventibus; qua aetate etiam floruit Theon Smyrnaeus, cujus de Mercurio et Venere planetis, quatuor obser-

va-

(5) Aurel. Victor. *Epit.* Cap. XIV. §. 2. Spartianus *Hadrian.* Cap. XIV. Dio Cassius Lib. LXIX. pag. 788 E. pag. 789 A.

rationes Ptolemaeus citat. Neminem enim dubitaturum existimo, quin ille Theon, quem Ptolemaeus Θέωνα vel Θέωνα τὸν μαθηματικὸν vocat, et ab ejus commentatore, Theone Alexandrino, Θέων παλαιὸς dicitur, sit noster Theon Smyrnaeus. Nam plures quidem fuere Philosophi, qui Theonis nomine appellarentur. Sed praeter Theonem Smyrnaeum et Theonem Alexandrinum nemo, qui disciplinas Mathematicas coluit. Ptolemaeus igitur, e libello quodam Theonis Smyrnaei de Astronomia, ejus observationem descripsisse videtur, quam duodecimo anno Imperatoris Adriani, de planeta Venere instituit, dicens; ὁμοίως ὲν μὲν ταῖς παρὰ Θέωνος εὕρομεν, ὅτι τῷ ιβ ἔτει Ἁδριανοῦ, κατ' Αἰγυπτίους ἀθὺρ κά εἰς τὴν κβ, ὁ τῆς ἀφροδίτης ἑῶος, τὸ πλεῖστον ἀπέστη τοῦ ἡλίου, ὑπολειπόμενος τοῦ ἐπ' ἄκρας τῆς νοτίας πτέρυγος τῆς παρθένου πλειάδος μῆκος. „ *Similiter ex iis, quae Theon notavit, invenimus, anno XII Adriani, Aegyptiorum mense Athyr, a die* 21 *usque ad diem* 22, *Vesperum maxima distantia a Sole fuisse, qui Vesperus minori longitudine pervenerat, quam Stella, quae in extrema lacinia australi vestis Virginis fulget, (circiter) longitudine Vergiliarum*" (6). Aliam Theonis observationem de

(β) Claud. Ptolemaei *Magn. Const.* Lib. X. Cap. I. pag. 239 *Basil.* 1538. — ὁμοίως. Paulo ante notaverat Ptolemaeus observationem a se institutam, nunc similem Theonis laudat. — ἐν ταῖς παρὰ Θέωνος scilicet δοθείσαις ἡμῖν aut εἰλημμέναις τηρήσεσιν cf. Cap. II. et *Magn. Const.* Lib. IX. Cap. 9. pag. 234. — ἀθὺρ. Veteres Astronomi nominibus Mensium Aegyptiorum uti solebant. — ὑπολείπεσθαί τινος apud Astronomos notat, *longitudine relinqui*, qui

de eadem planeta servavit Ptolemaeus, qui scribit; ἐν μὲν γὰρ ταῖς παρὰ Θέωνος ἡμῖν δοθείσαις εὑρίσκομεν, ὅτι τῷ ιγ΄ ἔτει Ἀδριανοῦ, κατ' Αἰγυπτίους ἐπιφὶ β εἰς τὴν γ', ἑῶς ὁ τῆς ἀφροδίτης τὸ πλεῖστον ἀπέστη τοῦ ἡλίου, τῆς εὐθείας τῆς διὰ τοῦ ἡγουμένου τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ κριοῦ τριῶν καὶ τοῦ αὐτοῦ ὀπισθίου σκέλους, προηγούμενος μοίρᾳ α', καὶ β' πεμπτημορίοις. τὸ δὲ πρὸς τὸν ἡγούμενον τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ διάστημα διπλάσιον ἐποίει τοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ σκέλους (leg. σκέλους). » *Ex iis quae Theon nobis dedit invenimus, anno XIII Adriani Aegyptiorum mense Epiphio, a die 2 usque ad diem 3, Vesperum maxima distantia a Sole fuisse, cum inde a recta, quae dicitur per stellam, priorem illam e tribus in capite Arietis et per ejusdem crus posterius, contrario motu ivisset, gradu 1, et 2 partibus quintis (id est 1° 24′ 00″): distantia autem a priori stella in capite (Arietis) duplam ejus in crure esse conjecit*" (7). Anno autem Adriani XIV,

minori longitudine pervenire. Sic Ptolemaeus, *Magn. Const.* Lib. IX. Cap. 9. pag. 234 et Lib. VII. Cap. 3. pag. 171. Theon Smyrnaeus, libro *de Astronomia* inedito Cap. 23. ἐν ᾧ χρόνῳ ἡ κοίλη σφαῖρα τοῦ πλανωμένου τῆς τῶν ἀπλανῶν ὑπολείπεται. Dicuntur autem planetae longitudine relinqui, ratione Stellae cujusdam fixae, quae semper eadem longitudine versatur. Hinc verbum ὑπολείπεσθαι longitudine minorem esse significat, quasi dicas, planetam a fixae cujusdam longitudine relinqui.

(7) Claud. Ptolemaei *Magn. Const.* Lib. X. Cap. 2, pag. 239 sq. — τῆς εὐθείας. Genitivus pendet a participio προηγούμενος — διὰ τοῦ ἡγουμένου τῶν. Elliptice pro διὰ τοῦ (ἀστερὸς) ἡγουμένου τῶν (ἀστερῶν). Tres enim Stellae Arietis capite comprehenduntur, quarum una major, ducis vel principis instar, reliquis praeesse dicitur; duabus reliquis prior est. — τριῶν scripsimus pro numero γ' — προηγέομαί τινος et ἕπομαί τινι, in disciplina Astronomica ita oppo-

XIV de Mercurio planeta Theon observavit, quod notat Ptolemaeus: τῷ μὲν γὰρ ιδ' ἔτει Ἀδριανοῦ, κατ' Αἰγυπτίους μεσορὶ ιη' ἑσπέρας, ὡς ἐν ταῖς παρὰ Θέωνος εἰλημμέναις τηρήσεσιν εὕρομεν, τὸ πλεῖστον, φησὶν, ἀπέστη τοῦ ἡλίου, ὑπολειπόμενος τοῦ αὐτῆς καρδίας τοῦ λέοντος μοιρὰς γ' ς' γ'. » *Anno enim XIV Adriani, Aegyptiorum mense Mesorio, die* 18, *tempore vespertino, sicuti in observationibus, quas Theon instituit, invenimus,* (*Mercurium*) *maxime a Sole distare ajebat, qui* (*Mercurius*) *minori longitudine pervenerat, quam Cor Leonis, gradibus* 3° 6′ 3″ (8). Ultima denique observatio Theonis, Ptolemaeo servata, est de planeta Venere: cujus fragmenti verba haec sunt; ἐν μὲν γὰρ ταῖς παρὰ Θέωνος τοῦ μαθηματικοῦ δοθείσαις ἡμῖν, εὕρομεν ἀναγεγραμμένην τήρησιν τῷ ις' ἔτει Ἀδριανοῦ κατ' Αἰγυπτίους φαρμουθὶ κα' εἰς τὴν κβ, καθ' ἣν φησὶν, ὅτι ὁ τῆς ἀφροδίτης ἑσπέριος τὸ πλεῖστον ἀπέστη τοῦ ἡλίου προηγούμενος τοῦ μέσου τῆς πλειάδος, τὸ τῆς πλειάδος μῆκος. » *Ex iis, quae Theon Mathematicus nobis dedit, invenimus, eum observationem notasse, anno XVI Adriani Aegyptiorum mense Pharmouthi, die* 21 *usque ad diem* 22

nuntur, ut hoc notet planetam eo ordine, quo imagines in orbe signifero pinguntur, moveri aut signa consequentia sequi: illud vero significet, planetam contrario motu, id est inverso signorum ordine vehi: quod breviter explicat Ptolemaeus *Magn. Const.* Lib. VII. Cap. 4. pag. 172. Similiter εἰς τὰ προηγούμενα et εἰς τὰ ἑπόμενα. — μοιρὰν scripsimus pro μοιρὰς, auctoritate Theonis Alexandrini *in Comment. Ptolemaei* pag. 396. Edit. Camerar. 1538, qui Ptolemaei verba adscribens μοιρὰν dedit.

(8) Claud. Ptolemaei *Magn. Const.* Lib. IX. Cap. 9. pag. 234.

institutam, qua, ait, Vesperum maxima distantia a Sole fuisse, cum contrario motu ivisset a mediis Vergiliarum, circiter longitudine Vergiliarum" (9).

Illae igitur, quae supersunt, Smyrnaei observationes, quas non admodum juvenis instituisse videtur, omnino probant, Theonem, jam anno Christi CXXXI, ita disciplinam Astronomicam coluisse, ut illam suis inventis amplificaret. Fuit igitur annis CXXX. et CXXXIII. jam studio et aetate maturus.

§. 3.

Quae cum ita sint, Theonem Plutarcho aequalem fuisse, non est quod dubitemus. Sed de quaestione, utrum ille Theonem disserentem induxerit, ut suspicatur Bullialdus, hoc loco diligentius agendum est. Primo loco Plutarchus in eo libello, qui scriptus est de significatione vocis EI, foribus templi Delphici insculptae, Theonem quemdam disputantem fecit (10), quem Theonem Smyrnaeum fuisse, recte mihi Fabricius conjecisse videtur. In ejusmodi re conjici melius, quam probari quid posse, non diffiteor: sed ille Theon, quem Plutarchus Θέωνα τὸν ἑταῖρον appellat, Dialectices laudes praedicat et mox haec dicit; ἔτι δ', ὥσπερ Πλάτων ἔλεγε, χρησμοῦ δοθέντος, ὅπως τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν, ὃ

τῆς

(9) Claud. Ptolemaei *Magn. Const.* Lib. X. Cap. 1. pag. 239.
(10) Plutarchus *de EI Delphico* Cap. V. pag. 386, E.

τῆς ἄκρας ἕξεως περὶ γεωμετρίαν ἔργον ἐστὶν, οὐ τοῦτο προστάττειν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ γεωμετρεῖν διακελεύεσθαι τοῖς Ἕλλησιν; quam eandem historiam ex Eratosthene refert Smyrnaeus, disciplinarum Mathematicarum utilitatem probaturus (11). Haec Theonis de Geometria animadversio, ficta quidem a Plutarcho, sed egregie consentiens, cum eadem re, a Smyrnaeo in libro Arithmetico relata, mihi tantum valere videtur, ut Plutarchum Theoni Smyrnaeo amicum fuisse existimem. Etiam alios Theones memorat Plutarchus, Grammaticum scilicet (12), quem diserte Socium appellat (13): tum etiam mentionem facit Theonis Samii pictoris (14). Sed restat, ut de illo Theone videamus, quem disputantem induxit Plutarchus in libro, de *Vultu Lunae* conscripto.

Theonem Plutarchus ipse inter colloquendum rogat, utrum noscat auctorem versiculi illius πικρὰν πικροῖς κλίζουσι φαρμάκοις χολὴν, nempe ἰατροὶ (15)? ad quam

(11) Theon. Smyrn. *de Arithm.* Cap. I. *initio*, ibique nostra annotatio.

(12) Plutarchi *Sympos.* Lib. I. Cap. 9. pag. 626. Lib. VIII. pag. 782.

(13) Plutarchi *Sympos.* Lib. I. Cap. 4. pag. 620.

(14) Plutarchus *de Audiend. Poët.* Cap. 3. pag. 18. B. Plura de illo notabimus infra §. 7.

(15) Plutarchus *de Macul. in Facie Lunae* Cap. 7. pag. 923 E. Versiculus est ex incerta Sophoclis tragoedia. Corruptius, ut Brunckio videtur, legitur apud eundem, Plutarchum *de tranq. Anim.* Cap. 7. pag. 468, B; ὥσπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατροὶ, πικρὰν χολὴν κλίζουσι φαρμάκῳ πικρῷ. Cf. Brunckius *in Edit. Sophocl.* Vol. II. Part. III. pag. 43.

quam quaestionem ita Theon respondet, ut dicat, hunc esse Sophoclis. Sed cum Plutarchus colloquii actores talia dicentes sibi finxisse videatur, qualia iis propria esse sciret, non facile concederem, hunc Theonem esse Smyrnaeum, quippe qui in eo sermone partes agit, ad quas opus est homine in veterum poëtarum lectione versato: qualis lectio rarius cum ingenio et studiis Mathematicorum convenit, certe si illos poëtas excipias, veluti Empedocles, Alexander Aetolus, alii, qui philosophiam carmine complexi sunt. Verum, cum fortassis illi rationi diffidere liceat, nam veterum Mathematicorum doctrina et ratio ad recentiorum non est exigenda, diligentius ad alium ejusdem colloquii locum attendamus. Postquam enim Solis occasum atque defectum easdem efficere dixerat lucis mutationes, Lucius, auditoribus ad nuperrimum, qui fuerat (16), Solis defectum provocatis, se non dubitare ait, quin ceteri disputantes in suam abeant sententiam: quibus dictis, mox Lucius ait; *εἰ δὲ μὴ, Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον, ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν*

(16) Doctissimus Pingreius, in opere Francice scripto, quod vocatur, *l'Art de Vérifier les dates*, omnes defectus, quos Sol, inde a Christo nato usque ad suam aetatem passus est, et earum, quas instituit, rationum exitus, diligenter notat. In iis clari fuerunt Solis defectus, qui Plutarchi fere aetate, nimirum annis 50, 83, 113, et 118 obtinuerunt. Verum de quo tandem Solis defectu hic loquatur, difficile posset doceri, et si posset, cum innumerabilibus molestiis ille labor conjungeretur.

τὸν φανερώτατον κλειπτόμενον, καὶ μέσῳ ἅματι νύκτα γενομένην καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν φάσκοντας· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν Ὅμηρον, νυκτὶ καὶ ζόφῳ τὰ πρόσωπα κατέχεσθαι τῶν ἀνθρώπων λέγοντα, καὶ τὸν ἥλιον ἐξαπολωλέναι τοῦ οὐρανοῦ περὶ τὴν σελήνην, καὶ τοῦτο γίνεσθαι πέφυκε τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δὲ ἱσταμένου. τὰ λοιπὰ δ' οἶμαι ταῖς μαθηματικαῖς ἀκριβείαις εἰς τὸν ἐξῆχθαι καὶ βέβαιον (17). Lucius igitur poëtarum sententias citat, quibus, cum boni poëtae sit, naturae res non verbis describere, verum depingere, illa, quae paulo superius de nocte et de Solis defectibus monuerat, ceteris disputantibus probare conatur. Cum autem Grammatici cujusdam auctoritate, qui in legendis veterum carminibus longum tempus consumserat, se indigere intelligeret, a Theone praesidium petit, dicens; Theonem facile auditoribus expositurum esse veterum poëtarum loca, quibus eadem mens inesset. Quapropter verosimile mihi esse videtur, Plutarchum duobus hisce locis Theonis peritiam in rebus Grammaticis spectasse.

Sequitur autem alter locus, quo Theon haec ait; νὴ Δία (εἶπεν ὁ Θέων) τούτοις μελέτησον· ἐγὼ δὲ πειθοῦς τινος δέομαι, ταύτῃ μόνον ἀκηκοὼς, ὡς, ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν τῶν τριῶν σωμάτων γενομένων, γῆς καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, αἱ ἐκλείψεις συντυγχάνουσιν· ἡ γὰρ γῆ τῆς σελήνης, ἢ πάλιν ἡ σελήνη τῆς γῆς ἀφαιρεῖται τὸν ἥλιον· ἐκλείπει γὰρ οὗτος μὲν σελήνης, σελήνη δὲ γῆς ἐν μέσῳ τῶν

(17) Plutarchus *de Macul. in Facie Lunae* Cap. 19. pag. 931. πρόσωπα Conf. Homeri *Odyss.* XX. 552. — φθίνοντος = ἱσταμένου. Conf. Homeri *Odyss.* XIV. 162.

τῶν τριῶν ἱσταμένης· ὧν γίνεται τὸ μὲν ἐν συνόδῳ, τὸ δ' ἐν ἀχρονυκτίᾳ (18). Hoc loco Mathematicus loqui videtur, qui causas, quae Solis et Lunae defectus efficiunt, auditoribus explicat et dicit, sibi aliquo, qui persuadeat, opus esse, sine qua persuasione se a sententia abduci non posse profitetur.

Denique alio loco Plutarchus dicendi partes Theoni dedit, de quo, licet longior sit, qui adscribatur, tamen non dicere difficile est. Brevissima igitur argumenti expositione nostro consilio satisfecisse videbimur. Theon igitur ait, se non adeo alios disputantes audire velle, utrum in Luna habitent aliqui, quam quidem utrum haec incoli possit. Tria affert argumenta, dicens: » Cum Plato dixerit, terram esse nutricem nostram, fidelemque diei et noctis opificem atque custodem, non credo lunam terram esse, quoniam nec fructus edit, nec praebet hominibus sedem, ortum, vitaeque degendae locum. Porro, inquit, si qui Lunam incolerent, Ixionum instar, sed vehementiori motus impetu volverentur, cum Luna, non uno verum triplici motu agatur." Postremo loco dicit: » Sol Aegyptiorum et Troglodytarum capitibus uno quotannis die Solstitii imminet: illos autem, qui Lunam incolerent duodecim quotannis solstitia ferre posse non credo, cum in tanto aëris calore pluviae rarius cadant." Ipsa hujus disputationis indoles potissimum nobis suadere videtur ut eum, qui dicat, Theonem Smyrnaeum esse cogite-

(18) Plutarchus *de Macul. in Facie Lunae* Cap. 20. pag. 932 D.

temus. Etenim Platonicum Platonis auctoritate uti ejusque sententiam profiteri, nescio quare minus probabile esse existimemus. Huic rationi gravissima accedit, nimirum Theonem de iis rebus loqui, quas de industria Astronomi pertractarunt. Sequentia opinionem egregie confirmare videntur: ὧν τὴν μὲν περιδρομὴν, τὴν δὲ ἕλικα, τὴν δ' οὐκ οἶδα πῶς ἀνωμαλίαν ὀνομάζουσιν οἱ μαθηματικοὶ, καίπερ οὐδεμίαν ὁμαλὴν, οὐδὲ τεταγμένην ταῖς ἀποκαταστάσεσιν ὁρῶντες ἔχουσαν (19): quale judicium convenit Mathematicis et Astronomis. Illud, licet probari non possit, at probabile tamen mihi esse videtur, Plutarchum viros sua aetate doctrinae laude claros in colloquiis ita disputantes finxisse, ut singuli ejusmodi argumenta dicendo illustrarent, quae maxime in illorum studia caderent. Cum autem Theonis sermo non unam duntaxat in rebus Grammaticis doctrinam postulet, sed etiam Mathematicam et Astronomicam, neque diversi ejusdem nominis actores in eodem colloquio dicendi partes agere videantur, non alio modo illud explicari potest, quam Theonem illum, ut Mathematicum et Grammaticum, inclaruisse. Nimirum dubitandum non esse existimo, quin ille Theon sit Smyrnaeus noster Platonicus. Quod nisi probabile esse demonstraverimus, tamen verosimile est Plutarchum, Platonis

(19) Locus est Plutarchi *de Macul. in Facie Lunae* Cap. 26. pag. 937, E. — pag. 938, D. Pro οὐδεμίαν ὁμαλὴν οὐδὲ τεταγμένην, Wyttenbachius probabiliter conjecit, legendum esse οὐδὲν ἀνώμαλον οὐδὲ τεταραγμένον.

tonis interpretationem oraculi Deliis redditi sub Theonis persona narrantem, Theonis Smyrnaei exordium libelli de Arithmetica legisse.

Sine ulla igitur temeritatis suspicione equidem conjicere ausim, Theonem Smyrnaeum Mathematicorum et Grammaticorum sacris initiatum fuisse, quam conjecturam Procli testimonium confirmare posse videtur. Fieri enim potest, ut Proclus, Timaei commentator, viderit et legerit aliquem Theonis libellum Historici cujusdam aut Grammatici argumenti, in quo etiam Solonis genealogia explicabatur. Scilicet Proclus Theonis Platonici sententiam affert: ἄλλοι δὲ Καλλαίσχρου Κριτίαν καὶ Γλαύκωνα παῖδας λέγουσιν, ὥσπερ καὶ Θέων ὁ Πλατωνικὸς (20). Licet exigua Procli illius auctoritas in ejusmodi rebus esse recte dicatur, eadem tamen auctoritas iis, quae Plutarchi loca nos docuerunt, ita confirmari videtur, ut de illa, in hac re, fere dubitari non liceat. Maneat igitur probabilis sententia, Theonem Smyrnaeum Plutarchi aetate floruisse ejusque viri, suae aetatis in paucis doctissimi, familiaritate usum fuisse, et Theonem, cum e disciplinis Mathematicis, tum e Grammaticorum doctrina, non exiguam sibi laudem parasse.

§. 4.

(20) Proclus *in Commentar. ad Timaeum* (locum Platonis Tom. III. pag. 20, E.) Edit. Basil. in Folio. pag. 26. Bullialdus *in praef. ad Theon.* pag. 8. ex iis verbis Procli suspicatur, Theonem Platonicum de Solonis et Platonis genealogia quaedam scripsisse.

§. 4.

Denique illa quaestio breviter tractanda est, utrum ante Ptolemaeum vixerit Theon Smyrnaeus, nec ne? quoniam de Theone haec ait Bullialdus (21): » Ipsumque Claudio Ptolemaeo antiquiorem esse putarem. Verisimile est enim, si posterior Ptolemaeo floruisset, non obmissurum fuisse illius viri summi in Mathematicis authoritatem, idque praesertim quando in Musicis Aristoxenum reprehendit eosdemque in eo errores circa toni divisionem ac Ptolemaeus detegit." Nimirum Aristoxenus (22) scripsit; *ἐστὶ δὴ τόνος ἡ τῶν πρώτων συμφωνιῶν κατὰ μέγεθος διαφορὰ· διαιρείσθω, δὲ εἰς τρεῖς διαιρέσεις, μελωδείσθω γάρ αὐτοῦ τό τε ἥμισυ, καὶ τὸ τρίτον μέρος καὶ τὸ τέταρτον*: quam Aristoxeni opinionem Theon Smyrnaeus improbat (23), Ptolemaeus autem de industria refutavit (24). Theon igitur, si libellum de Musica scripsisset, posteaquam Ptolemaei libri de Harmonia essent editi, summam ejus viri in rebus Mathematicis auctoritatem, ut videtur non parvi fecisset: verum, ut alios citandi est studiosissimus, sic

(21) Bullialdi *praef. ad Theon.* pag. 8.

(22) Aristoxeni *Elem. Harm.* Lib. I. pag. 46. Ed. Meib. de quo libro vid. Cl. Mahne *in Diatrib. de Aristoxen.* Cap. III. §. 48. pag. 132.

(23) Theon. Smyrn. *de Music.* Cap. 8. pag. 83. ibique Bullialdus pag. 256. Cl. Mahne *lib. cit.* §. 63. pag. 162. Aristoxeni loca e Theone notavit.

(24) Claud. Ptolemaei *Harm.* Lib. I. Cap. 10. pag. 44 sqq. Edit. Oxon. 1682. Cf. Wallis *in Append. de Veter. Harm.* pag. 307. qui de illo placito judicat.

sic etiam Ptolemaei locum citasset. Licet vero Ptolemaeus in Aristoxeni opinione refutanda Theonis opinionem non memoraverit, eum propterea illud fecisse non credimus, quoniam celeberrimo viro Smyrnaei disputatio esset ignota: nam Ptolemaei non intererat alterius sententiam leviter expositam memorare, ubi ipse de industria rem pertractaret. Minus recte igitur Bullialdus, ex illa utriusque monumenti comparatione statuit, Theonem ante Ptolemaeum vixisse, cum illud tantum probaverit, Theonis libellum de Musica jam in vulgus exiisse, antequam Ptolemaei libri de Harmonia ederentur. Praeterea tenendum est, Ptolemaeum jam anno XXI Adriani Caesaris saepius observasse (25), qui annus quintus est ab eo, quo recentissima, quae servatur, Theonis observatio, anno XVI ejus Caesaris instituta, notatur: quare probabile mihi esse videtur, Ptolemaeum sub extremam Theonis vitam paulatim inclaruisse.

§. 5.

Quae huc usque de Theone breviter disputata sunt, praecipue pertinent ad aetatem, qua eum floruisse credibile est. Sed, ubi de vita ceterisque rebus Theonis Smyrnaei quaeritur, multo brevior erit disputatio, quippe quae uno duntaxat testimonio constituenda, illustranda et absolvenda est. Nempe Museum Capi-

(25) Claud. Ptolemaei *Magn. Const.* Lib. X. Cap. 1. pag. 239. et Cap. 2. pag. 240.

pitolinum, quod cum ceteris Romae urbis antiquae reliquiis, tristem fortunae vicissitudinem probat, Veterumque artis praestantiam, mirifice tuetur, marmoream Theonis Platonici imaginem servat (26), quam Theonis Smyrnaei effigiem esse, mox probaturi sumus. Exeunte enim saeculo decimo septimo FOUQUERIUS, homo Francicus, Caput marmoreum Smyrna Massiliam allatum privata pecunia emit (27). Delineatam ejus effigiem non diu post Sponius edidit (28), eamque repetiit Gronovius, cui eximia Sponii diligentia profuit (29). Ipsam autem marmoream imaginem sibi deinceps comparavit, antiquitatis studiosissimus ALEXANDER ALBANUS, Cardinalis, qui illam cum reliqua parte Musei sui prioris CLEMENTI XII. Pontifici Maximo concessit, quo jubente imago in Museum Capitolinum pervenit (30).

Caput est barbatum, humeri pallio induti; imago et, cui innixa est, basis eodem lapide exsisae (31): quod

(26) Museum Capitolinum Vol. I. *Tab.* 29. et E. Q. Visconti *Iconographie Grecque* Part. I. Chap. IV. pag. 178.

(27) Visconti *Iconogr. Grecq.* l. c.

(28) Sponii *Miscellanea Erudit. Antiq.* Sect. IV. pag. 135.

(29) Gronovii *Thesaur. Ant. Graec.* Tom. III, ffff.

(30) Visconti *Iconogr. Grecq.* l. c.

(31) « L'inscription grecque placée sur le socle, qui est taillé dans le même bloc." Visconti *Iconogr. Grecq.* l. c. Conferatur ejus Capitis delineata effigies apud eundem Viscontium *Planche* XIX. N. 3 et N. 4; de qua delineatione sic auctor monet: « le dessin que nous en donnons a été pris sur l'original avec une exactitude encore plus scrupuleuse." Nimirum est accuratior delineatio, quam apud Sponium et alios.

quod notari operae pretium est, quoniam in anteriori baseos illius latere, haec sunt insculpta:

ΘΕΩΝΑΠΛΑΤΩΝΙ
ΚΟΝΦΙΛΟΣΟΦΟΝ
ΟΙΕΡΕΥΣΘΕΩΝ
ΤΟΝΠΑΤΕΡΑ.

id est, *Theonem Platonicum Philosophum sacerdos Theon patrem dedicat:* de cujus inscriptionis fide et auctoritate cur dubitemus, nulla est ratio: quam fidem nisi satis tueri videatur ipsa imaginis marmoreae historia, illud etiam tenendum est, non tantam fuisse Theonis Platonici nobilitatem, ut homines fraudulenti de imagine spuria conficienda cogitare potuerint. Verumtamen altera est quaestio, utrum Theon, Platonicus cujus nomen imaginis marmoreae inscriptio indicat, a nostro Theone Smyrnaeo Platonico diversus sit, nec ne? Optimi Codices Theonis, omnes *Smyrnaei* et *Platonici* cognomina habent, ita quidem, ut fere dubitari nequeat, quin Θέωνος Σμυρναίου Πλατωνικοῦ nomen nostro philosopho proprium fuerit: quare, nisi Smyrna Theonis patria fuerit, certe in illa urbe floruit. Imago Theonis marmorea, quae Platonici nomen tuetur Smyrna Massiliam allata est. Si quis igitur est, qui in hac inscriptione Smyrnaei cognomen desideret, priusquam Theonis Smyrnaei effigiem esse credat, hic propterea errare videtur, quod non intelligit, Smyrnaei cognomine huic inscriptioni non opus fuisse. Nimirum civibus Smyrnaeis inutile et fortasse ridiculum fuisset, Theo-

nem Platonicum cognomine, a Patria desumto, distinguere. Etenim qui vel exiguam doctrinae laudem et nominis celebritatem adeptus est, civibus suis atque aequalibus ignotus esse non solet. Quid multa? Collatis librorum et imaginis marmoreae inscriptionibus, mihi tantum effici videtur, ut equidem credam, caput marmoreum Theonis nostri effigiem esse. Nam alii quidem fuere Theones Philosophi, at Smyrnaeus nemo, Platonicus nullus. Argumentum, quo Sponius utitur, scilicet barbam et pallium philosophicum, Theonis philosophiae professionem satis testari (32), nec video quid ad Theonem Smyrnaeum valeat, nec illud verum esse opinor. Abest autem, ut saepius fit, ab imaginis inscriptione ipsum verbum ἀνέθηκε, in his usitatissimum. Magis autem insolitum, desiderari Dei aut Populi nomen, cui imago dedicata fuit (33); nisi locus, in quo posita fuit, ejus nominis commemorationem minus necessariam faceret, ut mox videbimus. Saepius autem viri cujusdam honorati simulacrum Populo aut Diis dedicabatur, neque insolitum erat vel patris vel filii imaginem Deo alicui consecrare, teste Dione Chrysostomo dicente; καὶ πολλοὺς (ἀνδριάντας) ἰδεῖν ἔστιν οὕτως ἐπεγεγραμμένους, οἷον ὁ δεῖνα ἑαυτὸν ἀνέθηκεν, ἢ τὸν πατέρα, ἢ τὸν υἱὸν ὅτῳ δήποτε θεῶν (34).

Sed,

(32) Sponii *Miscell. Erud. Antiq.* l. c.

(33) Eckhelii *Doctrina Numorum* Part. I. Cap. I. Vol. IV. pag. 369.

(34) Dio Chrysostom. *in Rhodiaca* pag. 338, A. Paris. 1604.

Sed, quod nobis, qualemcumque dissertationem de Theone Smyrnaeo scribentibus, magis expediat, jam nunc videamus utrum probet imago superstes, aliquam apud cives fuisse Theonis aut dignitatem aut doctrinae existimationem. Potuit certo ejusmodi simulacrum vel Populo Smyrnaeorum vel Deo cuipiam dedicari: utriusque enim consecrationis exempla attulit diligentissimus Eckhelius (35). Si Theonis imaginem Smyrnaeis dedicasset filius, major profecto fuisset honoris significatio. Magnam quidem fuisse doctorum laudem in civitate Smyrnaea et insignem apud Populum doctrinae honorem vel ipsa Sophistarum, eorum scilicet, qui philosophiam et eloquentiam colerent, auctoritas in republica probare videtur: cujus rei, testimonii loco, afferri potest Philostratus, Heraclidem Lyceum Sophistam Athenis Smyrnam se contulisse, narrans et dicens; ἐπὶ τὴν Σμύρναν ἐτράπετο, θύουσαι δὴ μάλιστά πόλεων ταῖς τῶν σοφιστῶν μούσαις (36); ad quem locum Olearius, eos Sophistas varia munera in Republica obiisse docet: quod confirmant nummi Smyrnaei et inscriptio Marmoris Oxoniensis, imperatorum Severi et Antonini, Claudium Rufinum, Sophistam laudantium. Hi autem Sophistae Smyrnaeorum nummis non expressi sunt, quoniam Sophistae erant, sed quoniam urbis Magistratus fuere (37). Etiamsi igitur, Theonis Smyrnaei ae-

(35) Eckhelii *Doctr. Num.* l. c. pag. 371.
(36) Philostratus *Vitae Sophist.* Lib. II. §. 26. pag. 613.
(37) Eckhelii *Doctr. Num.* l. c. pag. 224.

aetate, haec doctrinae existimatio Smyrnae jam invaluerit, tamen nominis celebritas, imagine ab aliis Populo dedicata, quam maxime augeri potuit. Hoc vero Theonis simulacrum populo dedicatum fuisse non videtur. Quem enim de hac re consului, Cl. REUVENS, optimus Praeceptor, suam sententiam quam humanissime mecum communicavit. Igitur credibilius fore existimat Vir Cl., hanc simulacri dedicationem Populo Smyrnaeorum factam fuisse, si legeretur Θέων ἱερεὺς (τοῦ Διὸς *verbi causa*) τὸν πατέρα. Nunc autem, quoniam legitur, addita articuli demonstratione, ὁ ἱερεὺς Θέων τὸν πατέρα, verosimile dedicationem factam in templo, cujus Sacerdos esset Theon filius; ut ipse locus demonstrationem, quae fit per articulum, spectatoribus explicaret. Hanc Praeceptoris optimi sententiam Viscontius tueri videtur, qui imaginis inscriptionem Francica oratione sic interpretatur: » Le prêtre Théon (consacre aux Dieux l'image de) Théon philosophe platonicien, son père" (38). Nullam igitur honoris significationem cum hujus imaginis dedicatione conjunctam fuisse existimo: cum ex illa inscriptione nihil apparet, quam Theoni Smyrnaeo filium fuisse Sacerdotem, qui, dum patris memoriam apud Cives servare studeret, pietatis sibi monumentum exegit profecto aere perennius!

§. 6.

(38) Visconti *Iconogr. Grecq.* l. c. pag. 179.

§. 6.

Theon (ut disputationis exitum breviter repetamus) patria, ut videtur, Smyrnaeus, post Tiberii Caesaris tempora natus est. Aetate et studio maturus disciplinam Astronomicam coluit suisque inventis amplificavit. Eum saepius observasse verosimile est, quarum observationum solae de planetis Mercurio et Venere nobis servatae supersunt, quas annis CXXIX, CXXX, CXXXI et CXXXIII post Christum instituit (39). Deinceps, cum Platonis philosophiam profiteretur, antequam Ptolemaeus illos libros edidit, qui de motu corporum coelestium atque de harmonia scripti sunt, quatuor disciplinas, non omnes quidem, quibus Veteres doctrinam Mathematicam complexi sunt, Graeco sermone ita illustravit, ut melius possent harum rerum imperiti Platonis scripta percipere. Eumque alias ejus doctrinae partes, ab omni philosopha concretione liberas, veluti ipsam Astronomiam pertractasse, immo forsitan de argumentis Historicis aut Grammaticis quaedam scripsisse mihi probabile est: de quibus scriptis mox de industria videbimus. Cum igitur insignem sibi honorem, partim e disciplinis Mathe-

ma-

(39) Cum perperam dicat Josephus Blancanus *in Chronol. Claror. Mathem.* (Bononiae 1615. forma quarta edita) pag. 57. Theonem Smyrnaeum saeculo XI. vel XII. post Christum floruisse, non probanda mihi esse videtur opinio Vossii, *de Scient. Mathem.* pag. 116, qui duos fuisse Theones Smyrnaeos existimat, nec tamen probabiles reddit ejus conjecturae rationes.

maticis, partim e Grammaticorum doctrina parasset, tanta Plutarchi, viri in paucis suae aetatis doctissimi, familiaritate usus fuisse videtur, ut hic in colloquiis illum disputantem finxerit. De vita civili ceterisque rebus Theonis Smyrnaei veteres tacent: praeterquam quod inscriptio imaginis marmoreae, quam habet Museum Capitolinum, Theonis filium Sacerdotem laudat, qui pietate erga patrem ductus, Smyrnaei nostri simulacrum Deo cuipiam dedicavit.

§. 7.

Theonis Smyrnaei aetate, quantum fieri potuit, e Veterum scriptis illustrata, cum plures eodem nomine fuerunt, vitae et rerum obscuritate ignoti, de quorum rationibus explicandis, si Fabricii diligentiam et insignem doctrinae copiam excipias, vix cogitasse videntur viri docti, nunc, antequam ad disputationem de Scriptis et de Doctrina Theonis Smyrnaei accedamus, alii nobis Theones recensendi sunt: quod tamen argumentum modo attigimus, quoniam haud ita arcte cum nostra disputatione conjunctum est, nec tamen penitus ab ea disjungi posse videtur.

THEON TITHORAEUS, *Stoicus*.

Diogenes Laërtius ait: Θέων δὲ ὁ Τιθωρεὺς ὁ Στωϊκὸς κοιμώμενος περιεπάτει ἐν τῷ ὕπνῳ (40). Fuit autem ante Pyrrhonem in cujus sermone haec verba apud Laërtium

(40) Diog. Laërt. Lib. IX. segm. 82.

tium occurrunt. Fieri potest, ut Pyrrhonis aequalis fuerit: quod eo magis crederem, quoniam nullus historiolae testis citatur. Quod si verum, vixerit circiter CCCLXXVI annos ante Christum.

Theon Samius, *Pictor.*

F. Junius (41) Theonem Samium pictorem, ut videtur, eximium circa Philippi tempora et usque ad successores Alexandri Magni floruisse existimat. Pinxerat Orestem necem matri inferentem, cujus picturae magna apud veteres fuit celebritas (42).

Theon, *servus Lyconis Peripatetici.*

Lycon ex Troade, qui Stratoni Lampsaceno in Lyceo successit, mortuus est anno circiter CCXXVII ante Christum, postquam quadraginta et quatuor annos scholae principatum tenuisset. Habuit servum nomine Theonem, quem per testamentum manumisit (43).

Theon *Praeco.*

Hic Theon praeco fuit, quum auctio fieret candelabri ex aere, ut videtur, Corinthio compositi; quod candelabrum magno pretio Gegania, mulier nobilis, eme-

(41) Junius *in Catalogo Artificum* pag. 211.

(42) Quintilian. *Inst. Orat.* XII, 10. Plinius *Hist. Nat.* XXXV, 11. Plutarchus *de Audiend. Poët.* Cap. III. pag. 18, B. Aelianus *Var. Hist.* II. Cap. ultim.

(43) Diogenes Laërtius Lib. V. segm. 73 medio.

emerat. Nam celebre fuit aes Corinthium, quod auri pretio constabat et ex variis metallis incendio ictis, metallorum nobilium ditissimae, confusis, inventum fuisse credebatur (44), quamquam jam ante dirutam Corinthum, aeris Corinthiaci mentio fiat. Theonem Praeconem, cujus aetas et vita utpote viri ignobilis latet, Plinius citat (45). Solebant hi praecones auctionem conclamare (46) et praedicare in lapide aut loco quodam elato adstantes (47).

Luthienus Theon, *Homo maledicus.*

Romae hominem maledicentissimum vixisse, eumque non diu ante Horatium, ex ipso Horatiano *dente Theonino rodi* (48) facile intelligitur. Hunc Theonem recentiores poëtam fuisse tradunt: antiqui Horatii interpretes de Theone poëta nihil dicunt. Commentator Crucquianus haec ait: » Luthienus Theon libertinus, dicacitatis amaritudine, praeter ceteros, ita patronum suum exasperavit, ut domo ejus summoveretur et, quaternario legato, juberetur restem sibi palumque emere: per hunc igitur maledici et detractores intelliguntur" (49). Erasmus

(44) Plinius *Hist. Nat.* XXXIV, 2. Florus II, 16. §. 6, sq. Vellejus Paterc. I, 13. §. 5.

(45) Plinius *Hist. Nat.* l. c. Cap. III.

(46) Plauti *Menaechm.* V, 9, 94 sq.

(47) Plauti *Bacchid.* IV, 7, 18. Verbum *praedicare* proprie de Praeconibus dicitur, populum conclamandi munere fungentibus.

(48) Horatii *Epist.* I, 18, 82.

(49) Commentator Crucquii ad h. l. Horatii. *Restem sibi palum-*

mus Roterodamensis (50) eum poëtam fuisse tradit rabiosae loquacitatis petulantissimaeque maledicentiae. Idem existimat Doeringius, dicens Theonem multo probabilius ignobilem poëtam fuisse et maledicum, quam libertinum (51). Uterque errare mihi visus est: neque video quare a veteribus Scholiastis hac in re dissentiendum sit, cum in toto carmine Horatiano nulla poëtae alicujus mentio fit.

THEON ALEXANDRINUS, *Stoicus*,

Augusto imperante clarus, quem Suidas (52) ait, scripsisse Libros tres περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν et τῆς Ἀπολλοδώρου φυσιολογικῆς εἰσαγωγῆς ὑπόμνημα. Ab illo non diversum fuisse existimo THEONEM *Grammaticum*, quem Suidas alio loco (53) obiter citat, quippe qui Theon Grammaticus successorem habuit Apionem, patria aut Ae-

lumque emere, proverbialiter dictum: *palus*, ut restis in eo alligetur et ita se suspenderet Theo. Sic Plautus *Persa* Act. V. Scen. II, 34. *Restim tu tibi cape crassam, ac suspende te* —. Extrema verba *maledici et detractores intelliguntur* sunt ex Acronis commentariis desumta. *Detractores* recte dicuntur pro *detrectatoribus*, ut Tacitus *Annal.* II, 11. §. 5. Idem, Gronovius ait, vocabulum se invenire in Libris MSS. Livii *Hist.* XXXIV, 15; ubi in editis legitur: « *Cato ipse haud sane detrectator laudum suarum.*"

(50) Des. Erasmus *Adag* Chil. II, Cent II, *Num.* 55.

(51) Doering. *in Edit. Horatii* Tom. II. pag. 350.

(52) Plures Theones enumerat Suidas *in voce* Θέων

(53) Suidas *in voce* Ἀπίων. — De Apione conff. Clem. Alexandr. *Strom.* Lib. I. pag. 235, cujus verba repetit Eusebius *de Praep. Euang.* Lib. X. Cap. 12. et Gellius *Noct. Attic.* Lib. VI. Cap. 8.

Aegyptium aut Cretensem, Didymi magni alumnum, Dionysiique Halicarnassensis aequalem, Romae sub Tiberio Caesare et Claudio docentem. Utrumque Theonem Fabricius unum ab altero diserte distinguit.

THEON, *Sacerdos.*

Filius Theonis Smyrnaei. Anno circiter post Christum CXLVI florere jam potuit.

THEON ALEXANDRINUS, *Medicus.*

Quando vixerit incertum. Inclaruit tamen ante Galenum, qui anno CLXIV post Christum floruit ejusque fragmentum servat (54), e Libro tertio τῶν γυμναστικῶν. Hippocratem melius de frictionum differentiis viribusque scripsisse existimat Galenus, etiamsi Theon de iis rebus rectius sentire nonnullis visus sit. Ὅστις (sunt verba Galeni) ἔδοξε βέλτιον Ἱπποκράτους ἐγνωκέναι περὶ τρίψεως. Scripsit de *Morbis eorumque remediis* Libro, qui *Homo* inscriptus erat, ut Photius (55) testatur, qui, scribens se legisse Θέωνος ἀρχιητροῦ Ἀλεξανδρέως ἰατρικὸν βιβλίον, ὃ ἐπιγράφει Ἄνθρωπον, Θεσκτίστῳ μὲν τὸ σύνταγμα προσφωνεῖ, ejus Theonis scribendi rationem reprehendit.

Nescio an hic diversus sit ab alio THEONE *Medico*, quem Aëtius Amidenus citat (56) et de cujus prae-

(54) Galenus *de Sanit. Tuend.* Lib. II. Cap. 3. pag. 71, C. Vol. VI. Edit. Charterii.

(55) Photii *Biblioth.* Cod. CCXX. pag. 563.

(56) Aëtius Amidenus *Libror. Medicin.* Lib. III. C. 58. pag. 53. Edit. Graec. Venetiis 1534.

praeparatione Vini, bilem purgantis, refert, capite quodam, quod inscribitur Οἶνου καθαρτικοῦ χολῆς ἀκτυαρία ἐκ τῶν Θέωνος. Huic opinioni, nempe eumdem scriptorem esse utrumque Theonem, diversis locis laudatum, fortasse aliqua auctoritas accedere posset e Photio, post Theonis relationem Librorum Actii censuram instituente. Ceterum Theonis praeparationi, utpote nondum probatae, non magnam fidem Aëtius habere videtur, qui, postquam illud Vinum praeparandi praeceptum tradidit, haec verba subjungit, πεπίστευται χολὴν καθαίρειν. *Creditur* illud vinum bilem purgare, sed non certum est.

Theon Alexandrinus, *Rhetor.*

Theon cognomine Aelius, Rhetor et Sophista, anno circiter CCCXVIII post Christum floruisse videtur. L. Kusterus (57) huic Theoni attribuenda esse conjicit scholia in Aratum, quae hodie exstant, eundemque esse existimat, quem inter veteres enarratores Apollonii Rhodii recenset Scholiasta Aristophanis (58). Idem Hermogenis et Aphthonii doctrinam illustravit, scripsitque τέχνην περὶ προγυμνάσματων, qui liber multum valuisse dicitur, ad artem Oratoriam bene intelligendam. In editionibus prioribus Romana et Basilea adjiciuntur exempla Progymnasmatum quae ad Libanium auctorem referenda esse docuerunt Heinsius et Scheffe-

rus,

(57) Kuster. ad Suidae *Lexicon.* Tom. II. pag. 182.
(58) Schol. Aristoph. *Nubes.* vs. 396. pag. 149, G. *Biseti.*

rus. De rebus Theonis Alexandrini Rhetoris Fabricius (59) et Harlesius (60) uberius exponunt.

THEON SIDONIUS.

Haec Suidas (61) de Theone Sidonio, Gymnasii Sophistae filio, ait: παιδεύσας κατὰ τὴν πατρίδα, γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ ἀπὸ ὑπάτων, καὶ ὕπαρχος. Docuit igitur in patria anno circiter post Christum CCCXXII.

THEON MEDULENSIS.

Theon oriundus e Medulis, Galliae Aquitanicae populo in ora maritima prope fluvium Garumnam habitantibus, anno circiter CCCLXX floruisse videtur: homo facetus, jucundus, sed poëta mediocris. Fuit Ausonio Burdigalensi familiaris et carus, e cujus ad eum Epistolis quatuor supersunt (62). Quidquid autem ad eum scribit Ausonius joci sunt, quibus eum in Epistola quarta mira dicendi libertate exagitat. Neque id prorsus injuria: etenim Clementini boni poëtae et docti carmen aliquod sibi tribuerat Theon et Ausonio miserat (63). Fuit homo plebejus et carnulentus; qua de re Ausonius, eo tempore

(59) Fabricius *Biblioth. Graec.* Lib. IV. Vol. IV. pag. 451 sqq.
(60) Harles. *Introd. ad Hist. Ling Graec.* Cap. I. Sect. V. §. 5.
(61) Suidas *in voce* Θέων.
(62) Ausonii *Epistolae* IV—VII.
(63) Ausonii *Epist.* IV. vs. 6 sqq.

pore praeceptor Gratiano praepositus a Valentiniano Augusto ejus patre, ita scribit ad eum:

» Sed jam non poteris, Theon, doceri:
» Nec fas est mihi regio magistro
» Plebejam numeros docere pulpam" (64).

Eum tamen, licet ignobilis fuerit, apud Medulos suos aliquem Magistratum gessisse Vinetus conjecit ex Ausonii versiculo, dicentis » et in partem scelerum de judice transis" (65). Monendum autem est Erasmum Roterodamensem (66) et cum illo Fabricium, hunc Theonem Medulensem perperam confundere cum illo, de quo Horatianum *dente Theonino rodi* sumtum est, citatis scilicet versiculis (67):

» Hic est ille Theon poëta salsus
» Bonorum mala carminum Laverna" (*lege* taberna).

Quod tamen Ausonium propterea dicere monet Vinetus, quoniam Theon Medulensis aliquando sibi adscripserat Clementini poëtae praestantis carmen aliquod.

Theon Alexandrinus, *Mathematicus.*

Pater Hypatiae, foeminae doctissimae, Mathematicus suae aetatis princeps, qui anno CCCXCI circiter

(64) Ausonii *Epist.* VI. vs. 92 sqq. Terentii interpretes et Persii commentatores ad *Sat.* II. 63, *pulpam* carnem sine pinguedine esse docent.

(65) *Epist.* IV. vs. 25. ibique Vinetus.

(66) Erasmi *Adag.* Chil. II. Cent. II. Num. 55.

(67) Ausonii *Epist.* IV. vs. 101 sq.

citer post Christum floruit. Scripsit recensionem Elementorum Euclidis et scholia in Ptolemaei canonem expeditum, e quibus fragmenta duntaxat supersunt. Porro Ptolemaei Libros *Magnae Constructionis* commentatus est: vulgo etiam auctor esse perhibetur Commentariorum in Arati Solensis Phaenomena et Diosemeia, quae hodie exstant; quos commentarios Kusterus Theoni Alexandrino Rhetori tribuit auctori. De Theone Alexandrino Mathematico copiose exposuit Fabricius (68).

THEON, *Eloquentiae Doctor.*

Ante Damascium ultimum, qui apud Athenienses Philosophiam Platonicam publice professus est, Theon inclaruit Eloquentiae doctor: de quo Damascium in vita Isidori philosophi, Praeceptoris sui, retulisse, docet Photius. Ex eodem Damascii libro verosimiliter descripta sunt, quae de Theone oratore narrat Suidas. Utriusque Photii et Suidae verba notari operae pretium est; nam, etsi ex uno fonte fluxisse videantur, ambo ita differunt, ut haec illa quodammodo illustrare possint. Photius (69) e Damascio haec profert: » ἦν δὲ ὁ Θέων οὐ μάλα ἀγχίνους οὐδὲ ὀξὺς· φιλομαθὴς δὲ καὶ φιλόπονος, εἴ τις ἄλλος. διὸ καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων ἐμπειρότατός τε καὶ μνημονικώτατος γέγονε, καὶ τεχνικῆς ἀκριβείας ἑκατέρων εἰς ἄκρον ἥκειν ἐδόκει. γράφειν δὲ μέτρα ἢ

(68) Fabricii *Bibl. Graec.* Vol. VIII. pag. 210 sqq.
(69) Photii *Biblioth.* Cod. CCXLII. pag. 1089.

ἦ λόγους, καίτοι λίαν ἐρῶν, ἀδύνατος ἦν." Suidas autem haec notavit (70): » Θέων, σοφιστὴς λόγων ῥητορικῶν, γεγονὼς ἀπὸ τῆς ἱερᾶς Μαρκέλλης τόγε ἀνέκαθεν· τὸ δὲ ἐξ ὑπογύου πατρόθεν, ἀπὸ Ἐκδικίου διδασκάλου. καὶ οὗτος Τέχνην Ῥητορικήν. ἦν δὲ οὗτος ὁ Θέων οὐ μάλα ἀρχίνους, οὐδὲ ὀξὺς· φιλομαθὴς δὲ καὶ φιλόπονος εἰς ὑπερβολήν. ταῦτά τοι καὶ ἐγεγόνει πολυμαθέστατος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, πολλὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν, πολλὴν δὲ νέαν περιβαλλόμενος. Huc usque Suidas, cujus in illo Theone illustrando prolixam verborum copiam miror: quippe qui brevissimis relationibus alios Theones commemorare solet, quorum nobilitas hujus obscuritatem longe superat. Cum igitur Theon necessario vixerit aut ante, aut eodem tempore, quo Damascius, sine dubio floruit circa annum DXL post Christum.

Theon Antiochenus, *Stoicus*.

Supra jam vidimus Suidam notare Θέων Σμυρναῖος φιλόσοφος. Huic Theonis nostri commemorationi aliam Theonis Antiocheni continuo subjungit, dicens καὶ ὁ Θέων Ἀντιοχεὺς τῆς ἐν Δάφνῃ φιλόσοφος Στωϊκὸς. ἔγραψεν ἀπολογίαν Σωκράτους. Fuit igitur ex Antiochia Magna, Syriae urbe oriundus, quae urbs surburbium habebat valde amoenum cupressis consitum, quarum nullam arborem excindi vel distrahi cautum fuit, lege ab Im-

(70) Suidas *in voce* Θέων: ibique Kusterus pag. 182, jam notavit verba ἦν δὲ οὗτος ὁ Θέων ο. μ. α. ο. c. φ. δὲ καὶ φιλόπονος etiam legi apud Photium loco laudato.

Imperatoribus Arcadio et Honorio data (71). De Theonis Antiocheni aetate, nullus conjecturae locus esse videtur.

THEON VALERIUS, *Sophista.*

Et hujus aetas prorsus latet. Suidas his verbis Θέων ὁ Οὐαλέριος χρηματίσας σοφιστὴς ὑπόμνημα εἰς Ἀνδοκίδην; eum laudat et commentarium ejus in Andocidis Orationes citat. Difficile dictu est, utrum Theon Valerius, an alius laudetur ab auctore Etymologi Magni; duobus enim locis verba, οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήμασι τοῦ α΄ αἰτίου vel τοῦ β΄ αἰτίου, occurrunt (72).

Haec sunt, quae de aetate et rebus Theonis Smyrnaei et de aliis ejusdem nominis hominibus monenda esse videbantur. Restat, ut de ejus scriptis disputem, quae paucis nota, a paucioribus leguntur. Nempe habent sua fata libelli!

(71) *Lex* I. *et* II. *Lib.* XI. *T.* 77. *Cod.* de Cupr. ex Luco Daphn. vel Pers. excid. vel vend.

(72) Etymol. Magn. *in voce* Βυκέρας, Ἄστυρον. Cf. Idem *in voce* Πύελος.

CAPUT SECUNDUM.

De Scriptis Theonis Smyrnaei.

§. 1.

Edidit Theon Smyrnaeus ad Platonis philosophiam illustrandam librum, qui inscribitur τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν: cujus triplex, aut quadruplex, si malueris, fuit argumentum, scilicet in quo de Arithmetica, de Musica, de Astronomia, denique de Harmonia Mundi exposuit: de quibus libellis aliud quidquam vix dici poterit, quam ut ordinem indicemus, quo ab ipso auctore dispositi fuisse videntur. Namque cum scripta exempla olim difficilius divulgarentur et majori pretio venderentur, factum est, ut integra Auctorum volumina rarius invenirentur, sed, singulis ejusdem Scriptoris libris separatim descriptis, aut alii prorsus perierint, aut alii ita perturbati fuerint, ut ordo, quo unus post alterum fuerit scriptus, nos penitus lateat. Accedit temporis diuturnitas, quae universa et pretiosissima volumina saepius magna pro parte consumit. Molesta haec difficultas, nisi essent pauca Theonis loca, quibus illam superare possemus,

praesertim gravissime nos premeret in illa quaestione, quam de Theonis Smyrnaei scriptis tractamus, cum alios scriptores vix reperias, qui Theonis Smyrnaei nomen vel obiter citant.

§. 2.

Περὶ ἀριθμητικῆς.

Ordine igitur servato, quem ipsa harum Disciplinarum ratio flagitat, ceteras partes praecedit numerorum contemplatio: quarum partium, in ipsa disciplinarum Mathematicarum distributione, secunda est Geometria, tertia Stereometria, quarta Astronomia, ultima denique Musica. Ait igitur πρῶτον δὲ μνημονεύσομεν τῶν ἀριθμητικῶν θεωρημάτων, οἷς συνέζευκται καὶ τὰ τῆς ἐν ἀριθμοῖς μουσικῆς (1). Libellum de Arithmetica primam operis partem fuisse, non est quod dubitemus. Nec aliter fieri potuit: namque, hac nondum explicita, reliquae disciplinarum Mathematicarum partes, veluti Musica et Astronomia, ab auctore nec tractari, nec a legentibus percipi potuerunt.

§. 3.

Περὶ μουσικῆς.

Genuinam autem diversarum partium juncturam propterea Theon disrupit, quoniam sola Musica, cujus principia sunt numeri, sibi opus esse existimavit, spre-

(1) Theonis *Arithm.* Cap. II. pag. 21.

spreta quidem, ad Platonis imitationem, altera Musices parte, cujus rationes instrumentis Musicis superstrui solent. Nimirum, sunt verba Theonis, ὥστε εἰ μὲν σύνέζευκται τῇ περὶ ψιλοὺς ἀριθμοὺς θεωρίᾳ ἡ ἐν ἀριθμῷ (*lege cum MSS.* ἀριθμοῖς) μουσικὴ, δευτέρα ἂν ταχθείη πρὸς τὴν τῆς ἡμετέρας θεωρίας εὐμάρειαν (2). Secundam igitur sedem non Geometriae sed Musices expositio occupat: quod argumentum iis, qui ipsas Mathematicas disciplinas illustrarunt, ultimo loco tractandum erat. Libros superstites, cum de Arithmetica, tum de Musica, Bullialdus edidit. Quasnam igitur res aut quae nam argumenta complectantur isti libri, divinare non opus est.

§. 4.

Περὶ ἀστρονομίας.

Duobus his libris proxima fuit Astronomiae expositio, ut apparet ex ultimis Smyrnaei verbis, quibus libellus de Musica absolvitur; ταῦτα μὲν τὰ ἀναγκαιότατα τῶν χρησιμωτάτων ἐν τοῖς προειρημένοις μαθήμασιν ὡς ἐν κεφαλαίῳδει παραδόσει πρὸς τὴν τῶν Πλατωνικῶν ἀνάγνωσιν. λείπεται δὲ μνημονεῦσαι στοιχειωδῶς καὶ τῶν κατ' ἀστρονομίαν (3). Hic autem de Astronomia liber, quantum scio, huc usque ineditus, apud Hispanos in Bibliotheca Scorialensi et Parisiis servatur in Bibliotheca Regia inter

(2) Theonis *Arithm.* Cap. II. pag. 22.
(3) Theonis *Musica* Cap. LXI. pag. 188.

ter libros Manuscriptos Illustrissimi Caroli de Montchal, Archiepiscopi Tolosani (4). Librum hunc ineditum, qui Theonis nomen in fronte gerit, genuinum esse non dubito. Praeterquam quod stilus mihi satis probare videtur, librum Theonis Smyrnaei esse, et quod eadem est ratio, in divisionibus capitum et inscriptionibus, quae in duobus reliquis libris observatur: illustris locus, qui fere in extremo libello legitur, verissimam hanc sententiam, de auctore hujus libri de Astronomia maxime confirmat. Ait enim auctor: ταυτὶ (ταῦτα?) μὲν τὰ ἀναγκαιότατα καὶ ἐξ ἀστρολογίας κυριώτατα πρὸς τὴν τῶν Πλατωνικῶν ἀνάγνωσιν. ἐπεὶ δὲ ἔφαμεν εἶναι μουσικὴν καὶ ἁρμονίαν τὴν μὲν ἐν ὀργάνοις, τὴν δὲ ἐν ἀριθμοῖς, τὴν δὲ ἐν κόσμῳ, καὶ περὶ τῆς ἐν κόσμῳ τ' ἀναγκαῖα πάντα ἐξ ἧς (*forte legendum* ἐξῆς) ἐπηγγειλάμεθα μετὰ τὴν περὶ ἀστρολογίαν (ἀστρολογίας?) παραδοσιν· ταύτην γὰρ ἔφη καὶ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς μαθήμασι πέμπτην εἶναι με-

(4) Vide infra in Catalogo MSS. Theonis Cap. IV. §. 1. Hujus libelli de Astronomia exemplar e Cod. Parisiensi transscriptum vir Cl. J. BAKE, Praeceptor Aestumatissimus, optima quaevis de me meisque studiis meritus, quam benevolentissime mihi legendum concessit: pro quo insigni beneficio, si verum profitear, Optimo Viro debitas gratias referre non satis possum! Exemplar perspicua et nitidissima manu transscriptum *octoginta et tribus paginis* formae quartae continetur. *Inscriptio est* Θέωνος Σμυρναίου τῶν εἰς τὰ μαθηματικὰ χρησίμων. *Incipit* Ὅτι πᾶς ὁ κόσμος σφαιρικὸς, μέση δ' αὐτοῦ ἡ γῆ κ. τ. λ. *Desinit* ἐπὶ τῶν μεγίστων ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα κινούμενος. Ipsum Codicem quem infra sub numero XXIV notavimus, eodem modo citat Fabricius *Bibl. Gr.* T. II. pag. 102. Figurae quae dicuntur Astronomicae abesse videntur, quae tamen diligenti lectione facile restitui poterunt.

μετὰ ἀριθμητικὴν, γεωμετρίαν, στερεομετρίαν, ἀστρονομίαν, κ. τ. λ. (5). Quibus verbis quid quaeso accuratius, quid clarius dici poterit, quo Theonem Smyrnaeum libelli de Astronomia auctorem esse probetur. Namque locus, quem paulo ante integrum adscripsimus, idem probat Theonis consilium de Harmonia Mundi librum scribendi: et quod attinet ad Platonis sententiam, Harmoniam Mundi quintam esse disciplinarum Mathematicarum partem, de hac etiam retulit, dicens διὸ καὶ πέμπτην ὁ Πλάτων φησὶν εἶναι τὴν μουσικὴν τῶν ἐν κόσμῳ λόγων, ἥ τις ἐστὶν ἐν τῇ κατήσει καὶ τάξει συμφωνία τῶν ἐν αὐτῇ κινουμένων ἄστρων (6); qua locorum comparatione illud facile effici posse videtur, ut librum hunc de Astronomia a Theone Smyrnaeo scriptum esse appareat.

Libri summam exhibere longum sit pro insigni, qua affluit, argumenti ubertate et doctrinae copia: quibus dotibus liber, nisi Cleomedis apparatum superat, plurimas tamen res, easque valde memorabiles suppeditare potest, ad historiam Astronomiae explicandam: quarum rerum diligentem adeo commemorationem in Cleomedis libris frustra quaeres. Idem quod in aliis Libris facere solet, ut Veterum scrip-

(5) Locus est *in Cap.* XXXI. περὶ τῆς ἑλικοειδοῦς κινήσεως. Ceterum ne ἀστρολογίας nomen quempiam, ἀστρονομίας postulantem, offendat, notandum est Astrologiae, Astronomiae et Meteorum nomina nonnunquam, ut videtur, confundi, ut docent Balforeus et Cl. J. BAKE *ad Cleomedis* Lib. I. Cap. I. pag. 249—251.

(6) Theonis *Arithm.* Cap. II. pag. 22.

scriptorum aut nomina citet, aut integra loca ad verbum describat, hoc in illo de Astronomia etiam facere instituit; in quo scilicet saepissime citantur Adrasti et Platonis, rarius Eratosthenis, Archimedis, Dicaearchi nomina, atque integri trium poëtarum Alexandri Aetoli, Ibyci et Arati versiculi notantur: a quo libro nec deëst Pythagorae, Hipparchi, utriusque commentatoris in Aristotelem, nempe Eudoxi et Callippi, porro ipsius Aristotelis, Menechmi, Derbyllidis, Eudemi, Oinopidis, Thaletis, Anaximandri, Anaximenis, Thrasylli commemoratio; cum totus liber exit in relatione sententiarum Sereni philosophi. Ceterum liber triginta et duobus capitibus absolvitur. Maneat igitur libellum de Astronomia tertiam fuisse partem opusculi Mathematici, quod in Platonem Theon conscripserat.

§. 5.

An etiam alium librum περὶ ἀστρονομίας scripsisse videatur Theon Smyrnaeus?

An vero ad hunc librum referenda sint fragmenta Theonis, quae Ptolemaeus e libro quodam Astronomici argumenti transscripsisse videtur (7), ita fere dubito, ut potius non credam. Neque in libello Astronomico, de quo dixi, in illa fragmenta me incidere memini: quod tamen ne cuidam mirum esse videatur. Etenim, ut ipse profitetur, Smyrnaeus,

(7) Vid. supra Cap. I. §. 2. pag. IV — VII.

naeus, scripsit quidem ad Platonem illustrandum, sed systema, ut dicitur, Mathematicum non condidit, ut propterea talibus de planetarum positione observationibus ei opus esset, quibus, tamquam argumentis, aut Astrorum phaenomena explicaret, aut leges superstrueret Astronomicas. Cum autem sibi proposuerit Mathematicas rationes ita illustrare, ut ad Platonis lectionem illarum rerum imperiti facilius accedere possent, nihil opinor tractaverit, quod aut parvi fecerit, aut penitus ipse Plato neglexerit: cujus Philosophi sententiam quamdam, in opusculi praefatione (8), non retulit, sed ad verbum descripsit; qua sententia docuit, eum sapientissimum esse, qui recte Astronomiam pertractaverit, statuens, veram Astronomi laudem in eum non cadere, qui in occasibus siderum et ortibus observandis occupatus esset: sed illum Astronomiam recte colere, qui stellarum inerrantium circuitus et circumversiones accurate percepisset: quod philosophi placitum docet, ut mihi videtur, Platonem Astronomis non adeo praecipere, ut de coelestibus observent, quam quidem, ut ipsam Astronomiae disciplinam in philosophiae contemplativae usum conferant. Huic rationi et altera accedit, nimirum Theonem in libello de Musica (9) dixisse: καὶ ἡ μὲν ὑπὸ Θρασύλλου παραδεδομένη κατατομὴ τοῦ κα-

(8) Exstat haec Platonis sententia *in Epinom.* pag. 990, A. quem locum Theon ad verbum de Platone transscripsit *de Arithm.* Cap. I. pag. 11. Cf. nostram annotationem.

(9) Theonis *Musica* Cap. 36. pag. 145 sq.

κανόνας ὧδε ἔχει, ὃν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὅλων ἐφαρμόζεται σφαίρας ἐπειδὴν καὶ τοὺς ἀστρονομίας ἐκθώμεθα λόγους, παραδείξομεν: qui locus probare videtur, Theonem, in libello de Astronomia inedito, praesertim consilium cepisse explicandi, quomodo Arithmeticae rationes legesque Musicae in corporum coelestium motibus eorumque cantu observentur, eumque his plura admiscuisse, quae e Pythagoreorum et e Platonicorum placitis contraherentur, quod revera fecit in Capite libelli inediti, quod scriptum est περὶ θέσεως τῶν πλανωμένων. Ab eiusmodi argumento longe diversum esse librum, quo Astronomorum observationes continentur, quis negaverit? Ptolemaeus cujus tanta erat in observando diligentia alterius observationes non citasset, nisi auctoris fide explorata, quam fidem, diversis observationibus inter se comparatis, melius explorare non potuit. Theonem igitur saepius observasse, et plures, quam quae nobis supersunt, observationes in libro quodam collegisse, mihi probabile est: qui liber diversus est ab altero libello de Astronomia, superstite quidem illo, verum huc usque inedito; quem partem esse probavimus opusculi Mathematici ad Platonis interpretationem conscripti.

§. 6.

An librum Περὶ γεωμετρίας *scripserit?*

Cum pluribus locis doctrinam Mathematicam quatuor disciplinas complecti dicat Smyrnaeus, quas Pla-

Platonis lectoribus explicuisset, et fere profiteri videatur, se de Geometria scripturum esse, exinde fortasse aliquis, aliorum auctoritate commotus, non sine aliqua veritatis specie, suspicetur, Theonis libellum de Geometria olim exstitisse (10). Musica autem, cujus expositionem Arithmeticae proximam fuisse probavimus (11), illustrata, solam e Mathematicis disciplinis, Astronomiae expositionem sibi adhuc superesse ait; e quo ipsius auctoris dicto appareret, finita hac Astronomiae expositione, universum Theonis opusculum absolutum esse; neque, Astronomia jam illustrata, idoneus locus relictus erat, quo Geometria apte tractari posset. Nolo tamen diligentem illam Geometriae et Stereometriae commemorationem, ab auctore saepius repetitam, referre ad extremam partem libelli de Musica (12), in qua dici potest, Theonem levi apparatu Arithmetices et Geometriae nexum ostendere voluisse. Sed nulla eo loco mentio est de corporum regularium, ut dicuntur, proprietatibus, aliisque ejus generis: quae mentio sane praetermitti non potuit ab eo, qui ita de Geo-

(10) Haec sententia aliis placuit, veluti Bessarioni Cardinali, de quo infra Cap. III. §. 4. pauca dicemus, qui, de Theone locutus, ait; « *Cum opus de quatuor Mathematicis disciplinis edidisset.*" Similiter Bullialdus, *in praefatione* ad Theonis editionem pag. 7, scribens; *Composuerat siquidem in eundem finem tractatus alios de Geometria, Stereometria et Astronomia, quod ipse satis pluribus hujusce libelli locis significat.*"

(11) Cf. supra hujus Capitis §. 3. pag. xxxv.

(12) Est ipsa Libelli *de Musica* conclusio Cap. L. pag. 166.

Geometria scribere instituit, ut Platonis doctrina illustretur: quare non videtur de Geometria scripsisse; certe nulla ejusmodi libelli indicia reperiuntur.

§. 7.

Περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἁρμονίας.

Sequitur ut de libro hodie deperdito dicamus, quem de Mundi Harmonia scripsit Theon, et cujus argumentum, commentariis Mathematicis ad finem perductis, sibi explicandum sumserat: quod suum scribendi consilium his verbis memorat; *μετὰ δὲ τὸν περὶ πάντων τῶν μαθηματικῶν λόγον τελευταῖον ἐπάξομεν καὶ τὸν περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἁρμονίας λόγον* (13), quam fidem datam sibi adhuc solvendam esse profitetur, in libello inedito de Astronomia, illo quidem loco, quem paulo superius depromsimus. In eo argumento se ita versaturum esse, ait Theon, ut novas res invenire non curet, sed ut ea tantum explicet, quae Pythagorei antiquitus tradidissent: qualem delectum necessarium esse existimat, ut ea absolvantur, quae promiserat, nimirum ut, quicumque Platonis scripta legerent, postquam Theonis libellos intellexissent, iidem hujus philosophi mentem percipiant, nec illorum ignari sint, quae veteres jam antea docuissent ipsi.

§. 8.

(13) Theonis *Musica* Cap. I. pag. 73 sq.

§. 8.

De aliis scriptis Theonis Smyrnaei nunc deperditis.

Quatuor hi libri, nempe de Arithmetica, Musica, Astronomia et de Harmonia Mundi, pro sua quisque parte, ad opusculum Mathematicum pertinuerunt, quod ad Platonem interpretandum conscripserat Theon. Sed antequam illos libros scripsit, jam alia quaedam edidisse videtur, quae ipse citat in libro nondum edito de Astronomia, scilicet in Capite jam supra laudato περὶ θέσεως τῶν πλανωμένων in quo, postquam Smyrnaeus stellarum inerrantium ordinem explicuit, earumque concentum illustravit, haec dicit: Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ Πλάτων, ὧν τὴν ἐξήγησιν ἐν τοῖς τῆς πολιτείας ποιούμεθα ὑπομνήμασιν, κατεσκεύασται δ' ἡμῖν καὶ Σφαιροποιΐα κατὰ τὰ εἰρημένα. Quae verba docent, Theonem illam doctrinam de dispositione stellarum inerrantium atque de illarum concentu fusius explicasse in Commentariis, quos in Platonis libros de Republica conscripserat quidem, verumtamen alibi laudatos non inveni.

Sed enim alterius libri Σφαιροποιΐας Platonicae commemoratio subjungitur, quo libro, plane distincto ab illis commentariis in Platonis libros de Republica, res Astronomicae non aliter explicabantur, quam Theon eo loco facere instituerat, cujus extrema verba adscripsimus. Paulo etiam inferius, in eodem

libro inedito de Astronomia, haec Σφαιροποιΐα Platonica citatur. Postquam enim naturale et necessarium esse docuerat, stellas fixas simplici et uno motu in se ipsas pariter et ordinate moveri, haec ait: δῆλον δὲ φημὶ τοῦτο γενήσεσθαι, ἐὰν, κατ' ἐπίνοιαν στήσαντές τε κόσμον, νοήσωμεν τὰ πλανώμενα ὑπὸ τὸν ζωδιακὸν ἀκίνητον ὄντα, καθ' ὑπόθεσιν κινούμενα· οὕτως γὰρ οὐκ ἔτι ποικίλη, καὶ ἀνώμαλος, ἀλλ' ἄτακτος (εὔτακτος?) ἡ κίνησος αὐτῶν ἐπιτελουμένη φανήσεται, ὡς ἐπὶ τῆς Σφαιροποιΐας τῆς Πλατωνικῆς ὑφ' ἡμῶν ἐπιδείκνυται. Neque aliud quidquam habeo, quod de utroque hoc Theonis opusculo addam; nam adeo parca est utriusque laudatio, ut vel ne conjectura quidem hac in re aliquid effici posse videatur.

Ceterum hic repetere debeo conjecturam, quam supra (14) proposui: nimirum fieri potuisse, ut Proclus, Timaei Platonici commentator, viderit et legerit aliquem Theonis libellum Historici aut Grammatici cujusdam argumenti, in quo etiam Solonis genealogia explicabatur. Verum firma testimonia non exstant, quibus Procli illius auctoritas confirmatur.

Denique Fabricius refert, testatum fuisse Gesnerum se in Catalogo Bibliothecae cujusdam Italicae invenisse hunc titulum: *Theonis Smyrnaei Theologumena et Mathematica Platonis*; sed neminem ad suam usque aetatem fuisse, qui Theologumena Theonis in lucem produxerit, neque verosimiliter Theologumena Arithmetica, quae exstant, Theonis esse (15). Quae tes-

(14) Cf. Cap. I. §. 3. extrema. pag. XIII.

(15) Fabricii *Biblioth. Gr.* T. II. pag. 103. De auctore Theolo-

testimonii Gesneriani commemoratio talis est, ut equidem de illa fere judicare nequeam: quapropter huic disputationis parti, de Scriptis Theonis Smyrnaei, finem imponam.

logumenorum Arithmeticae uberius notavit Astius ad illorum et *Nicomachi editionem* pag. 157. Lipsiae 1817.

CAPUT TERTIUM.

De Doctrina Theonis Smyrnaei.

§. 1.

Cum de veteri quodam scriptore recte existimare non possumus, nisi accurate intelligamus, qualis fuerit eo saeculo, quo scriptor floruit, artium et doctrinarum conditio, in quibus ornandis ipse fuerit versatus; nobis, qui de Theonis doctrina judicare volumus, obiter animadvertenda est conditio disciplinarum Mathematicarum, quaecumque illae Platonis et Theonis aetate fuerint. Quae quidem supersunt scripta Platonis ejusmodi sunt, ut plura philosophiae contemplativae placita e disciplinis Mathematicis explicentur, ipsae vero disciplinae nusquam illustrentur: quapropter difficile e Platonis libellis intelligi potest, quosnam fecerint progressus disciplinae Mathematicae. Verum nonaginta circiter annos post Platonem insignis floruit Euclides, Mathematicus (1), et suae ae-

(1) Non confundendus cum Euclide Megarensi, Socratico, ad quem Plato annos triginta natus, Socrate mortuo, ejus inimicorum atrocitatem metuens, fugit. Hermodorus apud Diog. Laërt. II. s. 106. Cf. III. s. 6.

aetatis doctissimus, et qui postea, ad nostram usque aetatem, fere princeps habebatur. Hic Athenis versatus inter Platonis discipulos Mathematicorum artem coluit, et ejus aetatis doctrinam integris libris complexus est. Etenim, quod Pisistratum de carminibus Homericis instituisse ferunt, quippe qui libros confusos antea sic disposuisse fertur, ut nunc habemus, idem illud de Mathematicis disciplinis fecit Euclides. Namque, cum philosophi Arithmetica, Geometria aliisque Mathematicorum disciplinis, in philosophia contemplativa explicanda, uterentur, atque ipsa ars confusa esset, variisque placitis, quae ad eam non pertinent, adulterata, Euclides Mathematicas veritates synthetica methodo ita scribendo illustravit, ut aliorum inventa potius servasse, quam ipse aliquid invenisse censendus sit. Nec alia fere ratio fuisse videtur disciplinarum Mathematicarum, tam Platonis, quam Euclidis et Theonis Smyrnaei aetate. Haec autem ratio non prius mutata est, quam saeculo post Christum decimo septimo, quo Albertus Girardus (2) et Cartesius, invento Arithmetices

(2) Albertus Girardus libellum scripsit, cujus adeo pauca sunt exempla, ut inter rariores libros rarissimus sit. Vetustiori oratione Francica sic inscribitur: INVENTION NOUVELLE, EN L'ALGÈBRE PAR ALBERT GIRARD, MATHÉMATICIEN. *Tant pour la solution des équations, que pour recognoistre le nombre des solutions qu'elles reçoivent, aux plusieurs choses, qui sont nécessaires à la perfection de ceste divine science. à Amsterdam chez Guillaume Janson Blaeuw* 1629. Plura in illo opere explicat Girardus Arithmetices universalis inventa, quae Viri Docti, quibus hoc opuscu-

metices universalis (Algebram vocant) auxilio, floruerunt, et hinc recentiores Mathematici aliam ratiocinandi viam ingressi sunt.

§. 2.

Magnam sine dubio vim habuit Platonis schola in disciplinas Mathematicas, quarum hic tantam in Philosophia utilitatem esse existimavit, ut in limine auditorii, quo Athenis utebatur, verba οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσείτω, eum inscripsisse dicant, quibus vulgus indoctum quasi arceret ab eruditorum consortio (3). Plurimum certe haec Platonis ratio valuit, ut incitarentur Graecorum ingenia ad Mathesin, qualiscumque tandem fuerit, excolendam. Narrant autem, divinae mentis philosophum singulis diebus novam veritatem e disciplinis Mathematicis auditoribus tradidisse (4), non recens quidem inventam, sed ut videtur, iis nondum explicitam. Verum Montucla, qui docte Historiam Matheseos enarravit, ait non apparere, utrum scripserit Plato librum plane Mathematicum, sed solam methodi analyticae inventionem, cujus auctor esse perhibetur, ejusmodi librum facile com-

culum ignotum erat (nam mirifico fortunae lusu fere omnia exempla interierunt) Newtoni et Cotesio auctoribus tribuere solent.

(3) Bruckeri *Hist. Crit. Phil.* pag. 641. Tom. I. Alii Pythagorae illud tribuunt.

(4) Montucla *Hist. des Mathém.* Tom. I. pag. 164.

ompensare (5). At locus Phavorini, cujus auctoitate hoc Platonis inventum celebratur, καὶ πρῶτος ὧν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάαντι τῷ Θάσῳ (6), nihil aliud probat, quam Platoem, acceptam ab aliis rationem analyseos Geometricae, Leodamanti Thasio tradidisse: qua de re Proli verba adscribere operae pretium est, qui optime illam methodum analyticam et brevissime explicat: μέθοδοι δὲ ὅμως παραδίδονται· καλλίστη μὲν ἡ διὰ τῆς ἀναλύσεως ἐπ' ἀρχὴν ὁμολογουμένην ἀνάγουσα τὸ ζητούμενον, ἣν καὶ ὁ Πλάτων, ὥς φασι, Λεωδάμαντι παρέδωκεν. ἀφ' ἧς καὶ κεῖνος πολλῶν κατὰ γεωμετρίαν εὑρετὴς ἱστόρηται γενέσθαι (7). Haec satis testantur doctissimum Montucla methodi analyticae inventionem perperam Platoni tribuere. Bruckerum rectius scripsisse existimo; scilicet eos, qui Platonem hanc methodum invenisse volunt, non cogitare, illum audivisse Theodorum Cyrenaeum, celeberrimum Geometram, quem hanc rationem reducendi quaestiones ad sua principia ignoravisse, non verosimile est (8). Quare Platonem severiorem hanc ratiocinandi legem in Graeciam, ubi tenuissima erat eo tempore Geometriae doctrina, utpote incognitam in-

(5) Montucla. l. c.

(6) Phavorinus apud Diog. Laërt. III. s. 24.

(7) Procli *Comment. in Lib. I. Elem. Euclidis* Lib. II. pag. 58. Basiliae apud Hervagium.

(8) Bruckeri *Hist. Crit. Phil.* l. c. p. 642. Theodorum Cyrenaeum inter Mathematicos enumerat Proclus *in Euclidem* Lib. II. pag. 19, et Platonem hunc audivisse, refert Hermodorus apud Laërtium III. s. 6.

κανόνος ὧδε ἔχει, ὃν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὅλων ἐφαρμόζεται σφαίρας ἐπειδὴν καὶ τοὺς ἀστρονομίας ἐκθώμεθα λόγους, παραδείξομεν: qui locus probare videtur, Theonem, in libello de Astronomia inedito, praesertim consilium cepisse explicandi, quomodo Arithmeticae rationes legesque Musicae in corporum coelestium motibus eorumque cantu observentur, eumque his plura admiscuisse, quae e Pythagoreorum et e Platonicorum placitis contraherentur, quod revera fecit in Capite libelli inediti, quod scriptum est περὶ θέσεως τῶν πλανωμένων. Ab eiusmodi argumento longe diversum esse librum, quo Astronomorum observationes continentur, quis negaverit? Ptolemaeus cujus tanta erat in observando diligentia alterius observationes non citasset, nisi auctoris fide explorata, quam fidem, diversis observationibus inter se comparatis, melius explorare non potuit. Theonem igitur saepius observasse, et plures, quam quae nobis supersunt, observationes in libro quodam collegisse, mihi probabile est: qui liber diversus est ab altero libello de Astronomia, superstite quidem illo, verum huc usque inedito; quem partem esse probavimus opusculi Mathematici ad Platonis interpretationem conscripti.

§. 6.

An librum Περὶ γεωμετρίας *scripserit?*

Cum pluribus locis doctrinam Mathematicam quatuor disciplinas complecti dicat Smyrnaeus, quas Pla-

Platonis lectoribus explicuisset, et fere profiteri videatur, se de Geometria scripturum esse, exinde fortasse aliquis, aliorum auctoritate commotus, non sine aliqua veritatis specie, suspicetur, Theonis libellum de Geometria olim exstitisse (10). Musica autem, cujus expositionem Arithmeticae proximam fuisse probavimus (11), illustrata, solam e Mathematicis disciplinis, Astronomiae expositionem sibi adhuc superesse ait; e quo ipsius auctoris dicto appareret, finita hac Astronomiae expositione, universum Theonis opusculum absolutum esse; neque, Astronomia jam illustrata, idoneus locus relictus erat, quo Geometria apte tractari posset. Nolo tamen diligentem illam Geometriae et Stereometriae commemorationem, ab auctore saepius repetitam, referre ad extremam partem libelli de Musica (12), in qua dici potest, Theonem levi apparatu Arithmetices et Geometriae nexum ostendere voluisse. Sed nulla eo loco mentio est de corporum regularium, ut dicuntur, proprietatibus, aliisque ejus generis: quae mentio sane praetermitti non potuit ab eo, qui ita de Geo-

(10) Haec sententia aliis placuit, veluti Bessarioni Cardinali, de quo infra Cap. III. §. 4. pauca dicemus, qui, de Theone locutus, ait; « *Cum opus de quatuor Mathematicis disciplinis edidisset.*" Similiter Bullialdus, *in praefatione* ad Theonis editionem pag. 7, scribens; *Composuerat siquidem in eundem finem tractatus alios de Geometria, Stereometria et Astronomia, quod ipse satis pluribus hujusce libelli locis significat.*"

(11) Cf. supra hujus Capitis §. 3. pag. xxxv.

(12) Est ipsa Libelli *de Musica* conclusio Cap. L. pag. 166.

Geometria scribere instituit, ut Platonis doctrina illustretur: quare non videtur de Geometria scripsisse; certe nulla ejusmodi libelli indicia reperiuntur.

§. 7.

Περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἁρμονίας.

Sequitur ut de libro hodie deperdito dicamus, quem de Mundi Harmonia scripsit Theon, et cujus argumentum, commentariis Mathematicis ad finem perductis, sibi explicandum sumserat: quod suum scribendi consilium his verbis memorat; *μετὰ δὲ τὸν περὶ πάντων τῶν μαθηματικῶν λόγον τελευταῖον ἐπάξομεν καὶ τὸν περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἁρμονίας λόγον* (13), quam fidem datam sibi adhuc solvendam esse profitetur, in libello inedito de Astronomia, illo quidem loco, quem paulo superius depromsimus. In eo argumento se ita versaturum esse, ait Theon, ut novas res invenire non curet, sed ut ea tantum explicet, quae Pythagorei antiquitus tradidissent: qualem delectum necessarium esse existimat, ut ea absolvantur, quae promiserat, nimirum ut, quicumque Platonis scripta legerent, postquam Theonis libellos intellexissent, iidem hujus philosophi mentem percipiant, nec illorum ignari sint, quae veteres jam antea docuissent ipsi.

§. 8.

(13) Theonis *Musica* Cap. I. pag. 73 sq.

§. 8.

De aliis scriptis Theonis Smyrnaei nunc deperditis.

Quatuor hi libri, nempe de Arithmetica, Musica, Astronomia et de Harmonia Mundi, pro sua quisque parte, ad opusculum Mathematicum pertinuerunt, quod ad Platonem interpretandum conscripserat Theon. Sed antequam illos libros scripsit, jam alia quaedam edidisse videtur, quae ipse citat in libro nondum edito de Astronomia, scilicet in Capite jam supra laudato *περὶ θέσεως τῶν πλανωμένων* in quo, postquam Smyrnaeus stellarum inerrantium ordinem explicuit, earumque concentum illustravit, haec dicit: *Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ Πλάτων, ὧν τὴν ἐξήγησιν ἐν τοῖς τῆς πολιτείας ποιούμεθα ὑπομνήμασιν, κατεσκεύασται δ' ἡμῖν καὶ Σφαιροποιΐα κατὰ τὰ εἰρημένα.* Quae verba docent, Theonem illam doctrinam de dispositione stellarum inerrantium atque de illarum concentu fusius explicasse in Commentariis, quos in Platonis libros de Republica conscripserat quidem, verumtamen alibi laudatos non inveni.

Sed enim alterius libri *Σφαιροποιΐας* Platonicae commemoratio subjungitur, quo libro, plane distincto ab illis commentariis in Platonis libros de Republica, res Astronomicae non aliter explicabantur, quam Theon eo loco facere instituerat, cujus extrema verba adscripsimus. Paulo etiam inferius, in eodem

libro inedito de Astronomia, haec Σφαιροποιΐα Platonica citatur. Postquam enim naturale et necessarium esse docuerat, stellas fixas simplici et uno motu in se ipsas pariter et ordinate moveri, haec ait: δῆλον δὲ φημὶ τοῦτο γενήσεσθαι, ἐὰν, κατ' ἐπίνοιαν στήσαντές τε κόσμον, νοήσωμεν τὰ πλανώμενα ὑπὸ τὸν ζωδιακὸν ἀκίνητον ὄντα, καθ' ὑπόθεσιν κινούμενα· οὕτως γὰρ οὐκ ἔτι ποικίλη, καὶ ἀνώμαλος, ἀλλ' ἄτακτος (εὔτακτος?) ἡ κίνησις αὐτῶν ἐπιτελουμένη φανήσεται, ὡς ἐπὶ τῆς Σφαιροποιΐας τῆς Πλατωνικῆς ὑφ' ἡμῶν ἐπιδείκνυται. Neque aliud quidquam habeo, quod de utroque hoc Theonis opusculo addam; nam adeo parca est utriusque laudatio, ut vel ne conjectura quidem hac in re aliquid effici posse videatur.

Ceterum hic repetere debeo conjecturam, quam supra (14) proposui: nimirum fieri potuisse, ut Proclus, Timaei Platonici commentator, viderit et legerit aliquem Theonis libellum Historici aut Grammatici cujusdam argumenti, in quo etiam Solonis genealogia explicabatur. Verum firma testimonia non exstant, quibus Procli illius auctoritas confirmatur.

Denique Fabricius refert, testatum fuisse Gesnerum se in Catalogo Bibliothecae cujusdam Italicae invenisse hunc titulum: *Theonis Smyrnaei Theologumena et Mathematica Platonis*; sed neminem ad suam usque aetatem fuisse, qui Theologumena Theonis in lucem produxerit, neque verosimiliter Theologumena Arithmetica, quae exstant, Theonis esse (15). Quae tes-

(14) Cf. Cap. I. §. 3. extrema. pag. XIII.

(15) Fabricii *Biblioth. Gr.* T. II. pag. 103. De auctore Theolo-

testimonii Gesneriani commemoratio talis est, ut equidem de illa fere judicare nequeam: quapropter huic disputationis parti, de Scriptis Theonis Smyrnaei, finem imponam.

logumenorum Arithmeticae uberius notavit Astius ad illorum et *Nicomachi editionem* pag. 157. Lipsiae 1817.

CAPUT TERTIUM.

De Doctrina Theonis Smyrnaei.

§. 1.

Cum de veteri quodam scriptore recte existimare non possumus, nisi accurate intelligamus, qualis fuerit eo saeculo, quo scriptor floruit, artium et doctrinarum conditio, in quibus ornandis ipse fuerit versatus; nobis, qui de Theonis doctrina judicare volumus, obiter animadvertenda est conditio disciplinarum Mathematicarum, quaecumque illae Platonis et Theonis aetate fuerint. Quae quidem supersunt scripta Platonis ejusmodi sunt, ut plura philosophiae contemplativae placita e disciplinis Mathematicis explicentur, ipsae vero disciplinae nusquam illustrentur: quapropter difficile e Platonis libellis intelligi potest, quosnam fecerint progressus disciplinae Mathematicae. Verum nonaginta circiter annos post Platonem insignis floruit Euclides, Mathematicus (1), et suae ae-

(1) Non confundendus cum Euclide Megarensi, Socratico, ad quem Plato annos trigiata natus, Socrate mortuo, ejus inimicorum atrocitatem metuens, fugit. Hermodorus apud Diog. Laërt. II. s. 106. Cf. III. s. 6.

aetatis doctissimus, et qui postea, ad nostram usque aetatem, fere princeps habebatur. Hic Athenis versatus inter Platonis discipulos Mathematicorum artem coluit, et ejus aetatis doctrinam integris libris complexus est. Etenim, quod Pisistratum de carminibus Homericis instituisse ferunt, quippe qui libros confusos antea sic disposuisse fertur, ut nunc habemus, idem illud de Mathematicis disciplinis fecit Euclides. Namque, cum philosophi Arithmetica, Geometria aliisque Mathematicorum disciplinis, in philosophia contemplativa explicanda, uterentur, atque ipsa ars confusa esset, variisque placitis, quae ad eam non pertinent, adulterata, Euclides Mathematicas veritates synthetica methodo ita scribendo illustravit, ut aliorum inventa potius servasse, quam ipse aliquid invenisse censendus sit. Nec alia fere ratio fuisse videtur disciplinarum Mathematicarum, tam Platonis, quam Euclidis et Theonis Smyrnaei aetate. Haec autem ratio non prius mutata est, quam saeculo post Christum decimo septimo, quo Albertus Girardus (2) et Cartesius, invento Arithme-

(2) Albertus Girardus libellum scripsit, cujus adeo pauca sunt exempla, ut inter rariores libros rarissimus sit. Vetustiori oratione Francica sic inscribitur: INVENTION NOUVELLE, EN L'ALGEBRE PAR ALBERT GIRARD, MATHÉMATICIEN. *Tant pour la solution des équations, que pour recognoistre le nombre des solutions qu'elles reçoivent, aux plusieurs choses, qui sont nécessaires à la perfection de ceste divine science. à Amsterdam chez Guillaume Jansson Blaeuw* 1629. Plura in illo opere explicat Girardus Arithmetices universalis inventa, quae Viri Docti, quibus hoc opuscu-

metices universalis (Algebram vocant) auxilio, floruerunt, et hinc recentiores Mathematici aliam ratiocinandi viam ingressi sunt.

§. 2.

Magnam sine dubio vim habuit Platonis schola in disciplinas Mathematicas, quarum hic tantam in Philosophia utilitatem esse existimavit, ut in limine auditorii, quo Athenis utebatur, verba οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσείτω, eum inscripsisse dicant, quibus vulgus indoctum quasi arceret ab eruditorum consortio (3). Plurimum certe haec Platonis ratio valuit, ut incitarentur Graecorum ingenia ad Mathesin, qualiscumque tandem fuerit, excolendam. Narrant autem, divinae mentis philosophum singulis diebus novam veritatem e disciplinis Mathematicis auditoribus tradidisse (4), non recens quidem inventam, sed ut videtur, iis nondum explicitam. Verum Montucla, qui docte Historiam Matheseos enarravit, ait non apparere, utrum scripserit Plato librum plane Mathematicum, sed solam methodi analyticae inventionem, cujus auctor esse perhibetur, ejusmodi librum facile com-

culum ignotum erat (nam mirifico fortunae lusu fere omnia exempla interierunt) Newtoni et Cotesio auctoribus tribuere solent.

(3) Bruckeri *Hist. Crit. Phil.* pag. 641. Tom. I. Alii Pythagorae illud tribuunt.

(4) Montucla *Hist. des Mathém.* Tom. I. pag. 164.

ompensare (5). At locus Phavorini, cujus auctoitate hoc Platonis inventum celebratur, καὶ πρῶτος ὧν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπων εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ (6), nihil aliud probat, quam Platonem, acceptam ab aliis rationem analyseos Geometricae, Leodamanti Thasio tradidisse: qua de re Proli verba adscribere operae pretium est, qui optime illam methodum analyticam et brevissime explicet: μέθοδοι δὲ ὅμως παραδίδονται· καλλίστη μὲν ἡ διὰ τῆς ἀναλύσεως ἐπ' ἀρχὴν ὁμολογουμένην ἀνάγουσα τὸ ζητούμενον, ἣν καὶ ὁ Πλάτων, ὥς φασι, Λεωδάμαντι παρέδωκεν. ἀφ' ἧς καὶ ἐκεῖνος πολλῶν κατὰ γεωμετρίαν εὑρετὴς ἱστόρηται γενέσθαι (7). Haec satis testantur doctissimum Montucla methodi analyticae inventionem perperam Platoni tribuere. Bruckerum rectius scripsisse existimo; scilicet eos, qui Platonem hanc methodum invenisse volunt, non cogitare, illum audivisse Theodorum Cyrenaeum, celeberrimum Geometram, quem hanc rationem reducendi quaestiones ad sua principia ignoravisse, non verosimile est (8). Quare Platonem severiorem hanc ratiocinandi legem in Graeciam, ubi tenuissima erat eo tempore Geometriae doctrina, utpote incognitam in-

(5) Montucla. l. c.

(6) Phavorinus apud Diog. Laërt. III. s. 24.

(7) Procli *Comment. in Lib. I. Elem. Euclidis* Lib. II. pag. 58. Basiliae apud Hervagium.

(8) Bruckeri *Hist. Crit. Phil.* l. c. p. 642. Theodorum Cyrenaeum inter Mathematicos enumerat Proclus *in Euclidem* Lib. II. pag. 19, et Platonem hunc audivisse, refert Hermodorus apud Laërtium III. s. 6.

introduxisse opinor, cujus rationis auxilio celebratissimam quaestionem, et veteribus difficillimam, de cubo duplicando explicuisse videtur (9).

§. 3.

Disciplinarum Mathematicarum usus, quamquam in philosophia contemplativa latius pateret, Platonis aevo cum naturae contemplatione tamen nondum fuit conjunctus (10). Namque Archimedis aetate, quae fuit nonaginta circiter annos post Euclidem Mathematicum, rationes Arithmeticae et Geometricae, in rebus Physicis interpretandis adhibebantur, aut illas in usum societatis vitae convertere coeperunt. Sed illa necessitudo Arithmeticam et Geometriam inter atque disciplinas Physicas, cum ad Theonis libellum non pertineat, nobis accuratius non explicanda est. Haec igitur in universum fuit disciplinarum Mathematicarum ratio, a Pythagora aut fortasse a Sacerdotibus Aegyptiacis profecta, non tantum Platonis aetate, verum etiam Theonis, ut omnis illa doctrina in quatuor disciplinas, veluti in partes praecipuas, dis-

(9) Vide Annotationem ad Theonis *Arithm.* Cap. I. pag. 2.

(10) Nimirum quaecumque e Mathematicorum arte petere solebant philosophi antiquiores, non, ut hodie fit, ipsas res naturales explicabant, sed eo praecipue consilio adhibebantur ut abstractas illas sive notiones sive opiniones de rebus, cum naturalibus, tum incorporeis facilius illustrarent. Illam veteris philosophiae partem, nomine ab Aristotele profecto, postea Metaphysicam appellarunt.

distribueretur; in Arithmeticam scilicet, Geometriam, Musicam et Astronomiam: quarum nulla non in philosophia contemplativa usi sunt veteres philosophi, qui Pythagoram aut Platonem sequebantur. Plura de singulis non dicam, nisi unamquamque disciplinam ab aliquo scriptore esse pertractatam: veluti Arithmeticam saeculo quarto Diophantus Alexandrinus exposuit, qui nonnullis non diu post Ptolemaeum floruisse videtur. Longe ante Theonis tempora, Euclides atque Archimedes diversas Geometriae partes ita illustraverant, ut illorum nomina cum insigni laudis praeconio non propagata tantum, sed etiam scripta recentiori aetate fere in omnium manibus versarentur. Astronomicas observationes post Theonem Smyrnaeum tam frequentes instituit Ptolemaeus, ut nescias utrum ingenii illius docte aberrantis acumen, in observationibus disponendis et commentandis, an difficillimi laboris assiduitatem, nec interruptam observandi constantiam admireris. Qui de Musica scriberent, plures fuerunt ante Theonem, e quibus laudari solent Euclides Mathematicus, Aristoxenus, Alypius, Aristides Quintilianus et Gaudentius Bacchius.

§. 4.

Sed plura nobis dicenda erunt de priori harum disciplinarum parte, de Arithmetica scilicet, quam iis, qui Mathesin colerent, Diophantus exposuit, non, ut ita dicam, metaphysicam illam, sed liberam ab obscuris notionibus, quas numeris tribuere

solebant philosophi. Rationem autem, qua Arithmeticam in philosophia contemplativa adhibuerunt veteres philosophi, egregie illustrat Moderatus apud Porphyrium, qui de Pythagoreis locutus, ait; μὴ δυνάμενοι γὰρ, φησὶ, τὰ πρῶτα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι, διά τε τὸ δυσπερινόητον αὐτῶν καὶ δυσέξοιστον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς, εὐσήμου διδασκαλίας χάριν, μιμησάμενοι τοὺς γεωμέτρας καὶ τοὺς γραμματιστὰς· ὡς γὰρ οὗτοι τὰς δυνάμεις τῶν στοιχείων καὶ αὐτὰ ταῦτα βουλόμενοι παραδοῦναι, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς χαρακτῆρας, τούτους λέγοντες ὡς πρὸς τὴν πρώτην διδασκαλίαν στοιχεῖα εἶναι· ὕστερον μέντοι διδάσκουσιν, ὅτι οὐχ αὗτοι στοιχειά εἰσιν οἱ χαρακτῆρες, ἀλλὰ διὰ τούτων ἔννοια γίνεται τῶν πρὸς ἀλήθειαν στοιχείων (11). Hujus rationis exemplum affert Wyttenbachius, Vir Celeberrimus, in quaestione de Immortalitate Animorum: » Nam quum alii antea philosophi Deum atque animum vel ignem appellassent, vel aërem, vel aquam, vel aliud ejusmodi; Pythagoras arbitratus est, hos viros, praeter sententiam suam, nominum ambiguitate lapsos esse, neque satis cavisse, ut ab animi ac Dei notione informanda omnis corporea imago atque appellatio prohiberetur ac circumscriberetur. Igitur ipse *numeri* vocabulum usurpavit, quippe cui minimum corporeae imaginis inhaereret. Et rerum quidem duas causas esse statuebat, alteram efficientem quam μονάδα seu *unitatem* vocabat: alteram patien-

(11) Moderatus apud Porphyrium *de vita Pythagorae* pag. 202. Edit Cantabrig. 1655. De Moderato conf. Wyttenbachii *Bibl. Crit.* P. VIII. Vol. II. pag. 122.

tientem, seu materiam, quam ἀόριστον i. e. *dualitatem* nominabat. Unitas ei fons erat omnis veri, boni, pulchri: haec erat mens ac Deus: atque ex ipsa, tamquam fonte, haustos esse volebat hominum animos et reliquas naturas cogitantes: quas propterea unitatis esse participes" (12). Ejusmodi haec est numerorum doctrina quam Plato a Pythagoreis desumtam, et fortassis jam adulteratam, in philosophiam recepit, partim cum Socratica doctrina conjunxit, et universe simplici illa Socratis disputandi forma explicuit.

§. 5.

Theon Smyrnaeus, ut ad illum quae dicta sunt traducantur, eo consilio ad scribendum accessit, ut Platonis lectores ipsas Arithmeticae definitiones ita et tenerent et intelligerent, ut, in hac parte, illorum sibi constaret intelligentia, neque obscuris vagisque notionibus undique premerentur; quod quidem consilium quomodo consequi velit, suis saepe verbis indicat auctor, veluti in ipso libelli introitu, ubi ait, se epitomen et summam illorum, quae e disciplinis Mathematicis Platonem lecturis necessaria sunt, expositurum esse (13). Sed ita in illo argumento versatur, ut, quisquis ejus librum perdidicerit, non doctus quidem fiat Arithmeticus, Geometra,

(12) Wyttenbachii *Quinque Lectiones* Ed. Mahne p. 34.

(13) Theonis *Arithm.* Cap. I. pag. 2. et *de Music.* Cap. LXI. pag. 184.

tra, aut Astronomus (14): hic enim Theonis expositionem facile intelliget, qui prima duntaxat linearum elementa percucurrerit, et tamen illorum ignarus eam percipere poterit (15). Atque de scriptis suis haec ait: ἡμῖν δὲ ἐξαρκεῖ κατὰ τὸν Πυθαγορικὸν λόγον σύνοψεως ἕνεκα τῶν μαθηματικῶν τυπωδῶς αὐτὰ ἠθροικέναι καὶ ἐπιτομικῶς (16). In quibus verba κατὰ τὸν Πυθαγορικὸν λόγον ita sunt intelligenda, quasi Theon dicat, se simplici Mathematicorum ratione totam illam artem non tradidisse, neque absolutum ejus systema condidisse, aut de vero observando scripsisse, cum potius breviter rationes exposuerit, quibus Pythagorei illas Mathematicorum observationes, rerumque proprietates converterent, in eam philosophiae partem, quam contemplativam recentiores appellant. Illud libros edendi consilium Theonis, igitur talem rationem flagitare non potuit, qua Arithmeticam, Musicam et Astronomiam aut suis inventis amplificaret, aut novo definitionum et verborum delectu ornaret. Hinc in libro de Arithmetica aliorum, veluti Euclidis, definitionibus utitur, quae in septimo Elementorum libro exstant, et interdum integra aliorum loca ad verbum transscribit aut fusius interpretatur: veluti, ut hoc utar, in libro de Musica, problema medium terminum in proportione harmonica inveniendi (17), quod

(14) Theonis *Arithm.* Cap. I. pag. 20.
(15) Theonis *Arithm.* Cap. I. pag. 21.
(16) Theonis *Musica* Cap. LXI. pag. 183.
(17) Theonis *Musica* Cap. cit. pag. 186 sqq. Cf. Euclidis *Elem.* VI. *Prop.* 13.

quod Euclideum fere dici potest, quippe uberius tantum explicitum. Multos enim libros Theon legerat, e quibus, in libellis de Arithmetica et de Musica (nam antea jam de iis scriptoribus monuimus (18), quos frequentes laudat in libello inedito, qui de Astronomia est scriptus), citat Philolaum, Lasum Hermionensem, Hippasum Metapontinum, Eudoxum, Archytam, Empedoclem, Eratosthenem, Herophilum, Timotheum, Euandrum, Aristotelem et utrumque ejus discipulum Aristoxenum atque Adrastum Peripateticum, Posidonium denique et Thrasyllum; e quorum scriptis Bullialdus recte judicat, eum multa et eximia adduxisse, quae vix alibi reperiri possint (19). Tot scriptorum libros legendi molestiam si cogitamus, qua illis temporibus docti homines vexabantur, nisi insignem fuisse Theonis doctrinam concedatur, at laudabilem ejus fuisse legendi diligentiam non dubito: quae diligentia exquisitam et copiosam doctrinam quare Theoni non peperisset, naturam ingenii fautricem nacto, neque infinita librorum farragine onusto, quae saepe nostros homines nimium perturbat?

§. 6.

Et magnam apud Platonicos recentiores doctrinae laudem fuisse Theoni Smyrnaeo, probant verba Bessa-

(18) Cf. supra Cap. II. §. 1. pag. XXXVIII.

(19) Bullialdi *praefat. ad Theonem* pag. 8. Cujus verbis utitur fere Vossius supra laudatus *de Mathesi* pag. 72.

sarionis, qui saeculo decimo quinto (circiter anno 1439) fuit Cardinalis Nicensis et Patriarcha Constantinopolitanus, et quatuor libros scripsit in Calumniatorem Platonis. Hic Bessarion, ut Platonem Mathematicarum disciplinarum non ignarum fuisse defendat, ait, eum crebro his disciplinis uti, sive de rebus Divinis, sive naturalibus, sive moralibus disserat, ita ut nemo, harum disciplinarum imperitus, ejus scripta possit intelligere. » Hinc," sunt Bessarionis verba, » plerique expositores Platonis, in explanandis ejus libris de Mathematicis rationibus plura dixerunt, et Theon, summus ille Mathematicus, cum opus de quatuor Mathematicis disciplinis edidisset, Compendium in Platonis libros inscripsit, quasi ea duntaxat in his continerentur, quae Plato in suis operibus tetigisset (20)" Similiter Marsilius Ficinus, Florentinus, Theonis prudentiam laudat, in iis omittendis, quae intelligi nequeunt. Namque cum locus Platonis, ex octavo libro de Republica, sanam interpretationem fere admittere non videatur, sic de Theone Smyrnaeo judicat Ficinus: » Neque miror Theonem Smyrnaeum, Mathematicae imprimis Platonicae professorem, ejusmodi mysterium tamquam inexplicabile astute praetermisisse, quod quidem Jamblichus Chalcideus, dum explicare voluit, implicuisse videtur (21)."

§. 7.

(20) Bessarion *in Calumn. Platonis.* Lib. I. Cap. 8. pag. 11. apud Aldum 1503, forma majori.

(21) Ficini *Argumentum Libri VIII. de Republ Platonis* pag. 807, F. Locus est Platonis *de Republ.* VIII. pag. 546, B. C. eum

§. 7.

Qui e Viris Doctis recentioris aevi de Theone Smyrnaeo judicaverint, nullum inveni; nisi Clarissimi Delambre sententiam et iniquum Heilbronneri judicium excipias, dicentis; Theonis scripta esse levis momenti, nec Geometriam multum promovere (22). Verum, ut solent homines, qui censoris partes agunt, aut parum docti, aut nimia festinatione leves, vel qui e praejudicata opinione animi sententiam proferunt, hic ita de Theone nostro judicat, ut virum nescire diceres, quodnam auctor, de quo judicat, explicuerit argumentum. Quodsi Theon librum de Geometria scripsisset, quod tamen non fecisse videtur, non ita scribere potuit, ut saeculo decimo octavo illarum disciplinarum doctrinae suis scriptis multum prodesset.

Doctissimus Montucla, qui tanta cum laude Matheseos historiam explicuit, de Theonis eruditione tacet. Sed Clarissimus Delambre ita de eo judicat, ut metaphysica potius ratione Arithmeticam explicuisse dicat, quam quidem utiles atque accuratas et perspicuas notiones tradidisse, neque rationem qua Graeci ipsam Arithmeticam adhibuerint ab eo explicitam esse: in libello autem de Musica, de proportio-

quocum cff. Camerarius *ad Jambl. in Nicom. Arithm.* pag. 40. et Bullialdus *Appendix ad Annot. in Theon. Smyrn.* de numero nuptiali Platonis. pag. 292 sqq.

(22) Heilbronner *Hist. Math.* pag. 333.

tionibus et medietatibus plura exposuisse, quae ad Arithmeticam pertinent (23). Verum Theon, utpote Platonicus, Musicam, quae numeris superstruitur, sibi explicandam existimavit, quapropter haec scribendi ratio, ex ipso scriptoris consilio, sequebatur.

Equidem, si in tanta re juvenis parum exercitati judicium postuletur, Theonis Smyrnaei scripta ejusmodi esse duco, ut plurimum valeant ad Platonis scripta interpretanda. Plures habemus libros, quibus Arithmeticam veteres et Musicam explicarent. Sed, an omnes tanta perspicuitate scripserint, dicere non ausim. Orationis elegantia non illa quidem est, quae apud Athenienses Platonis aetate floruit: sed Theon et recentiori scripsit aetate et argumentum, in quo versabatur, praecipue ejusmodi elegantiam postulabat, quae cerneretur in facilitate, res obscuras bene intelligendi; et ab hac quidem intelligentia sola bonae orationis dotes proficiscuntur.

(23) Delambre *Histoire de l'Astron. Ancien.* Tom. II. pag. 638.

CA-

CAPUT QUARTUM.

De Libris Manuscriptis Theonis Smyrnaei, et de iis, qui editionem olim meditati sunt.

§. 1.

Quae de aetate et rebus, de scriptis et de doctrina Theonis disputanda esse videbantur, singula pro viribus exposui. Superest ut, extremo loco, dicam de iis, qui Smyrnaei libros aut ediderunt, aut edere meditati sunt: si tamen prius addiderim notitiam Manuscriptorum, quorum fide omnes bonae veterum scriptorum editiones superstruuntur: quos undique conferre non inutilis labor mihi visus est, quoniam ex iis nonnullos tantum Manuscriptos notavit Harlesius, ad Fabricii Bibliothecam Graecam (1).

ITALIA.

BIBLIOTHECA LAURENTIANA MEDICEA, FLORENTIAE.

I. Plutei 28, Cod. 12. Paginis triginta et novem prioribus, exhibet Θέωνος Σμυρναίου περὶ τῶν κατὰ τὴν μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. Codex Graecus Bombycinus, in quarto minori, saeculi XIV. di-

(1) Fabricii *Bibl. Graec.* Edit. secundae. Tom. IV. pag. 36.

diversa manu exaratus. (*Bandinius Catal. Codd. Bibl. Laurent. T. II. pag.* 22).

II. Plutei 59, Cod. 1. Una cum Platonis operibus, complectitur (inde a pag. 11 — pag. 28) Theonis Smyrnaei Platonici, de Mathematicis facultatibus ad Platonis lectionem utilibus, librum. Codex Graecus Bombycinus, in folio, saeculi XIV. foliis scriptis 539. (*Bandinius Catal. l. c. pag.* 485).

III. Plutei 85, Cod. 9. Cum scripta Platonis, nonnullasque Aristidis, Libanii et Xenophontis orationes, tum (inde a pag. 12 — pag. 27) exhibet; Θέωνος Σμυρναίου Πλατωνικοῦ τῶν κατὰ τὸ μαθηματικὸν χρησίμων εἰς τὴν Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. Codex Membranaceus, in folio, saeculi XIII. optimae notae et insignis. Constat foliis scriptis 434. (*Bandinius Catal. T. III. pag.* 258).

Bibliotheca Venetae S. Marci.

IV. MS. numero 6, ∂ notatur exhibens, Theonis in Platonem de Materiis. Codex Bessarionis fuisse dicitur. (*Montfaucon Bibl. Biblioth. pag.* 476, *E*).

Bibliotheca Mediolanensis Ambrosiana.

V. Codicem servat pergamenum, qui inscribitur, Theonis Smyrnaei, seu potius Anonymi, de Sphaera et in Platonem (2). (*Montf. l. c. pag.* 505, *C.*)

Bi-

(2) Operae pretium esset scire, an libellus, quem Σφαιροποΐαν Theon inscripsit, vide supra Cap. II. §. 8. pag. XLIII, sq. in illo Codice contineatur.

Bibliotheca Regia Taurinensis.

VI. Theonis Smyrnaei Commentarius in Platonem: forma maxima. (*Montf. l. c. pag.* 1402, *G.*)

Bibliotheca Athenaei Regii Taurinensis.

VII. Cod. 94. Theonis Smyrnaei Mathematica Platonis. Chartaceus, formae majoris, saeculo XVI scriptus. (*Catal. Codd. MSS. hujus Bibl. T. II. pag.* 184.)

HISPANIA.

Bibliotheca Scorialensis, Regis Hispaniae, duos servat Codices, quorum hic inscribitur:

VIII. Leonis (*l.* Theonis) Smyrnaei Arithmetica Platonis. (*Montf. l. c. pag.* 621, *A.*) Alter Codex titulum habet,

IX. Theonis Alexandrini et Smyrnaei de Astronomia, Mathematica et Musica. (*Montf. l. c. pag.* 624, *D.*)

FRANCIA.

Bibliotheca Regia Parisiensis.

X. Cod. 1817. Theonis Smyrnaei Mathematica Platonis et Olympiodori Parecbolae in Philebum: formae majoris, Chartaceus saeculi XVI.

XI—XIV. Quatuor Codd. 1818, 1819, 1820 et 1821, omnes inscribuntur Theonis Smyrnaei Mathe-

matica Platonis, formae majoris et saeculo XIV. scripti.

XV. Cod. 2613. Chartaceus, octonis scriptus, Theonis Mathematica Platonis, saeculo XVI exaratus. (*Sex Codices proxime antecedentes citat Catal. Codd. MSS. Bibl. Reg. Paris. T. II. pag.* 406, 407 *et* 431.)

XVI. Cod. 2103. Theonis Smyrnaei in Platonem. (*Montf. l. c. pag.* 728, *D.*)

XVII. Cod. 2163. Theonis Smyrnaei de Rebus Mathematicis.

XVIII. Cod. 2136, N°. 3. Theonis Smyrnaei Mathematica ad lectionem Plutarchi (*l.* Platonis): ejusdem de Arithmetica.

XIX. Cod. 2179, N°. 2. Praeter alios aliorum libros de Musica, continet Theonem Smyrnaeum de Musica. (*Tres illos Codices laudat Montf. l. c. pag.* 729, *B*, *D.*)

XX. Cod. 2430, N°. 4. Chartaceus, Theonis Mathematica Platonis octonis scriptus, saeculo XIV. (*Catal. Codd. MSS. Bibl. Reg. Paris. l. c. pag.* 505.)

XXI. Cod. 2586. Theonis Smyrnaei in Platonis philosophiam, cum Aristotelis Rhetorica. (*Montf. pag.* 734, *B.*)

Bibliotheca Cardinalis Radulphi.

XXII. Cod. 9. Theonis Smyrnaei de modo legendi Platonis. (*Montf. pag.* 734, *B.*)

XXIII. Cod. 63, qui, una cum Aureis Pythagorae

rae Carminibus et Gemistii libro de Aristotele et Platone, habet librum Theonis Platonici de Platonis lectione. (*Montf. l. c. pag.* 768, *A.*)

Bibliotheca Illustriss. D. Caroli de Montchal.

XXIV. Cod. 16. Theonis Smyrnaei Mathematica: de Coeli et Terrae figura et de Astrorum motu, recenti et eleganti manu (3). (*Montf. l. c. pag.* 896, *D.*)

XXV. Cod. 21. Chartaceus: Theonis Smyrnaei Platonici in Platonem et de Astronomia. Codex 16 forsan et secunda pars hujus libri, quia auctor promittit, se acturum de Astronomia et finit in eadem promissione, neque de ea in libro illo disserit. (*Montf. l. c. pag.* 897, *B.*)

XXVI. Cod. 44. Chartaceus elegans Graecus, inter alios Musicae scriptores, exhibet librum Theonis Platonici de Musica. (*Montf. l. c. pag.* 898, *E.*)

Bibliotheca Colbertina.

XXVII. Cod. 3516. Theonis Smyrnaei in Platonem (4). (*Montf. l. c. pag.* 981, *C.*)

Bi-

(3) Illum Codicem citat Fabricius *Bibl. Graec.* Tom. II. pag. 102. e Labbei. *Bibl. Nova MSS.* pag. 191; ejusque descriptum exemplar e sua supellectile mihi legendum concessit Vir Cl. J. Bake, Optimus Praeceptor. Vide *supra* Cap. II. §. 4. *in annot.* (4) pag. xxxvi.

(4) Si verum est, quod de Thuanea Bibliotheca Graevius *Epist. XIV. ad Gudium* scripsit, nempe; hac Thuani Bibliotheca pu-

sarionis, qui saeculo decimo quinto (circiter anno 1439) fuit Cardinalis Nicensis et Patriarcha Constantinopolitanus, et quatuor libros scripsit in Calumniatorem Platonis. Hic Bessarion, ut Platonem Mathematicarum disciplinarum non ignarum fuisse defendat, ait, eum crebro his disciplinis uti, sive de rebus Divinis, sive naturalibus, sive moralibus disserat, ita ut nemo, harum disciplinarum imperitus, ejus scripta possit intelligere. » Hinc," sunt Bessarionis verba, » plerique expositores Platonis, in explanandis ejus libris de Mathematicis rationibus plura dixerunt, et Theon, summus ille Mathematicus, cum opus de quatuor Mathematicis disciplinis edidisset, Compendium in Platonis libros inscripsit, quasi ea duntaxat in his continerentur, quae Plato in suis operibus tetigisset (20)" Similiter Marsilius Ficinus, Florentinus, Theonis prudentiam laudat, in iis omittendis, quae intelligi nequeunt. Namque cum locus Platonis, ex octavo libro de Republica, sanam interpretationem fere admittere non videatur, sic de Theone Smyrnaeo judicat Ficinus: » Neque miror Theonem Smyrnaeum, Mathematicae imprimis Platonicae professorem, ejusmodi mysterium tamquam inexplicabile astute praetermisisse, quod quidem Jamblichus Chalcideus, dum explicare voluit, implicuisse videtur (21)."

§. 7.

(20) Bessarion *in Calumn. Platonis.* Lib. I. Cap. 8. pag. 11. apud Aldum 1503, forma majori.

(21) Ficini *Argumentum Libri VIII. de Republ Platonis* pag. 807, F. Locus est Platonis *de Republ.* VIII. pag. 546, B. C. cum

§. 7.

Qui e Viris Doctis recentioris aevi de Theone Smyrnaeo judicaverint, nullum inveni; nisi Clarissimi Delambre sententiam et iniquum Heilbronneri judicium excipias, dicentis; Theonis scripta esse levis momenti, nec Geometriam multum promovere (22). Verum, ut solent homines, qui censoris partes agunt, aut parum docti, aut nimia festinatione leves, vel qui e praejudicata opinione animi sententiam proferunt, hic ita de Theone nostro judicat, ut virum nescire diceres, quodnam auctor, de quo judicat, explicuerit argumentum. Quodsi Theon librum de Geometria scripsisset, quod tamen non fecisse videtur, non ita scribere potuit, ut saeculo decimo octavo illarum disciplinarum doctrinae suis scriptis multum prodesset.

Doctissimus Montucla, qui tanta cum laude Matheseos historiam explicuit, de Theonis eruditione tacet. Sed Clarissimus Delambre ita de eo judicat, ut metaphysica potius ratione Arithmeticam explicuisse dicat, quam quidem utiles atque accuratas et perspicuas notiones tradidisse, neque rationem qua Graeci ipsam Arithmeticam adhibuerint ab eo explicitam esse: in libello autem de Musica, de proportio-

quocum cff. Camerarius *ad Jambl. in Nicom. Arithm.* pag. 40. et Bullialdus *Appendix ad Annot. in Theon. Smyrn.* de numero nuptiali Platonis. pag. 292 sqq.

(22) Heilbronner *Hist. Math.* pag. 333.

tionibus et medietatibus plura exposuisse, quae ad Arithmeticam pertinent (23). Verum Theon, utpote Platonicus, Musicam, quae numeris superstruitur, sibi explicandam existimavit, quapropter haec scribendi ratio, ex ipso scriptoris consilio, sequebatur.

Equidem, si in tanta re juvenis parum exercitati judicium postuletur, Theonis Smyrnaei scripta ejusmodi esse duco, ut plurimum valeant ad Platonis scripta interpretanda. Plures habemus libros, quibus Arithmeticam veteres et Musicam explicarent. Sed, an omnes tanta perspicuitate scripserint, dicere non ausim. Orationis elegantia non illa quidem est, quae apud Athenienses Platonis aetate floruit: sed Theon et recentiori scripsit aetate et argumentum, in quo versabatur, praecipue ejusmodi elegantiam postulabat, quae cerneretur in facilitate, res obscuras bene intelligendi; et ab hac quidem intelligentia sola bonae orationis dotes proficiscuntur.

(23) Delambre *Histoire de l'Astron. Ancien.* Tom. II. pag. 638.

CA-

CAPUT QUARTUM.

De Libris Manuscriptis Theonis Smyrnaei, et de iis, qui editionem olim meditati sunt.

§. 1.

Quae de aetate et rebus, de scriptis et de doctrina Theonis disputanda esse videbantur, singula pro viribus exposui. Superest ut, extremo loco, dicam de iis, qui Smyrnaei libros aut ediderunt, aut edere meditati sunt: si tamen prius addiderim notitiam Manuscriptorum, quorum fide omnes bonae veterum scriptorum editiones superstruuntur: quos undique conferre non inutilis labor mihi visus est, quoniam ex iis nonnullos tantum Manuscriptos notavit Harlesius, ad Fabricii Bibliothecam Graecam (1).

ITALIA.

Bibliotheca Laurentiana Medicea, Florentiae.

I. Plutei 28, Cod. 12. Paginis triginta et novem prioribus, exhibet Θέωνος Σμυρναίου περὶ τῶν κατὰ τὴν μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. Codex Graecus Bombycinus, in quarto minori, saeculi XIV. di-

(1) Fabricii *Bibl. Graec.* Edit. secundae. Tom. IV. pag. 36.

diversa manu exaratus. (*Bandinius Catal. Codd. Bibl. Laurent. T. II. pag.* 22).

II. Plutei 59, Cod. 1. Una cum Platonis operibus, complectitur (inde a pag. 11 — pag. 28) Theonis Smyrnaei Platonici, de Mathematicis facultatibus ad Platonis lectionem utilibus, librum. Codex Graecus Bombycinus, in folio, saeculi XIV. foliis scriptis 539. (*Bandinius Catal. l. c. pag.* 485).

III. Plutei 85, Cod. 9. Cum scripta Platonis, nonnullasque Aristidis, Libanii et Xenophontis orationes, tum (inde a pag. 12 — pag. 27) exhibet; Θέωνος Σμυρναίου Πλατωνικοῦ τῶν κατὰ τὸ μαθηματικὸν χρησίμων εἰς τὴν Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. Codex Membranaceus, in folio, saeculi XIII. optimae notae et insignis. Constat foliis scriptis 434. (*Bandinius Catal. T. III. pag.* 258).

Bibliotheca Venetae S. Marci.

IV. MS. numero 6, ∂ notatur exhibens, Theonis in Platonem de Materiis. Codex Bessarionis fuisse dicitur. (*Montfaucon Bibl. Biblioth. pag.* 476, *E*).

Bibliotheca Mediolanensis Ambrosiana.

V. Codicem servat pergamenum, qui inscribitur, Theonis Smyrnaei, seu potius Anonymi, de Sphaera et in Platonem (2). (*Montf. l. c. pag.* 505, *C.*)

Bi-

(2) Operae pretium esset scire, an libellus, quem Σφαιρικὸν Theon inscripsit, vide supra Cap. II. §. 8. pag. XLIII, sq. in illo Codice contineatur.

Bibliotheca Regia Taurinensis.

VI. Theonis Smyrnaei Commentarius in Platonem: forma maxima. (*Montf. l. c. pag.* 1402, *G.*)

Bibliotheca Athenaei Regii Taurinensis.

VII. Cod. 94. Theonis Smyrnaei Mathematica Platonis. Chartaceus, formae majoris, saeculo XVI scriptus. (*Catal. Codd. MSS. hujus Bibl. T. II. pag.* 184.)

HISPANIA.

Bibliotheca Scorialensis, Regis Hispaniae, duos servat Codices, quorum hic inscribitur:

VIII. Leonis (*l.* Theonis) Smyrnaei Arithmetica Platonis. (*Montf. l. c. pag.* 621, *A.*) Alter Codex titulum habet,

IX. Theonis Alexandrini et Smyrnaei de Astronomia, Mathematica et Musica. (*Montf. l. c. pag.* 624, *D.*)

FRANCIA.

Bibliotheca Regia Parisiensis.

X. Cod. 1817. Theonis Smyrnaei Mathematica Platonis et Olympiodori Parecbolae in Philebum: formae majoris, Chartaceus saeculi XVI.

XI—XIV. Quatuor Codd. 1818, 1819, 1820 et 1821, omnes inscribuntur Theonis Smyrnaei Mathe-

matica Platonis, formae majoris et saeculo XIV. scripti.

XV. Cod. 2613. Chartaceus, octonis scriptus, Theonis Mathematica Platonis, saeculo XVI exaratus. (*Sex Codices proxime antecedentes citat Catal. Codd. MSS. Bibl. Reg. Paris. T. II. pag.* 406, 407 *et* 431.)

XVI. Cod. 2103. Theonis Smyrnaei in Platonem. (*Montf. l. c. pag.* 728, *D.*)

XVII. Cod. 2163. Theonis Smyrnaei de Rebus Mathematicis.

XVIII. Cod. 2136, N°. 3. Theonis Smyrnaei Mathematica ad lectionem Plutarchi (*l.* Platonis): ejusdem de Arithmetica.

XIX. Cod. 2179, N°. 2. Praeter alios aliorum libros de Musica, continet Theonem Smyrnaeum de Musica. (*Tres illos Codices laudat Montf. l. c. pag.* 729, *B*, *D.*)

XX. Cod. 2430, N°. 4. Chartaceus, Theonis Mathematica Platonis octonis scriptus, saeculo XIV. (*Catal. Codd. MSS. Bibl. Reg. Paris. l. c. pag.* 505.)

XXI. Cod. 2586. Theonis Smyrnaei in Platonis philosophiam, cum Aristotelis Rhetorica. (*Montf. pag.* 734, *B.*)

Bibliotheca Cardinalis Radulphi.

XXII. Cod. 9. Theonis Smyrnaei de modo legendi Platonis. (*Montf. pag.* 734, *B.*)

XXIII. Cod. 63, qui, una cum Aureis Pythagorae

rae Carminibus et Gemistii libro de Aristotele et Platone, habet librum Theonis Platonici de Platonis lectione. (*Montf. l. c. pag.* 768, *A.*)

Bibliotheca Illustriss. D. Caroli de Montchal.

XXIV. Cod. 16. Theonis Smyrnaei Mathematica: de Coeli et Terrae figura et de Astrorum motu, recenti et eleganti manu (3). (*Montf. l. c. pag.* 896, *D.*)

XXV. Cod. 21. Chartaceus: Theonis Smyrnaei Platonici in Platonem et de Astronomia. Codex 16 forsan et secunda pars hujus libri, quia auctor promittit, se acturum de Astronomia et finit in eadem promissione, neque de ea in libro illo disserit. (*Montf. l. c. pag.* 897, *B.*)

XXVI. Cod. 44. Chartaceus elegans Graecus, inter alios Musicae scriptores, exhibet librum Theonis Platonici de Musica. (*Montf. l. c. pag.* 898, *E.*)

Bibliotheca Colbertina.

XXVII. Cod. 3516. Theonis Smyrnaei in Platonem (4). (*Montf. l. c. pag.* 981, *C.*)

Bi-

(3) Illum Codicem citat Fabricius *Bibl. Graec.* Tom. II. pag. 102. e Labbei. *Bibl. Nova MSS.* pag. 191; ejusque descriptum exemplar e sua supellectile mihi legendum concessit Vir Cl. J. Bake, Optimus Praeceptor. Vide *supra* Cap. II. §. 4. *in annot.* (4) pag. xxxvi.

(4) Si verum est, quod de Thuanea Bibliotheca Graevius *Epist. XIV. ad Gudium* scripsit, nempe; hac Thuani Bibliotheca pu-

BIBLIOTHECA EMINENT. CARDINALIS MAZARINI.

XXVIII. Cod. 129. Theonis in Platonis Philosophiam. (*Montf. pag.* 1322.)

GERMANIA.

BIBLIOTHECA DUCIS BAVARIAE.

XXIX. Cod. 162. Alia complectitur tum etiam Theonis Smyrnaei Mathematica Platonis: scriptus in charta, forma majori. (*Montf. pag.* 590, *D.*)

BIBLIOTHECA AUGUSTANA.

XXX. Inter alia Olympiodori, Hermiae, Procli et Pselli, habet Theonis Mathematica Platonis. (*Reiser Catal. pag.* 82.)

BATAVIA.

BIBLIOTHECA ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE.

XXXI. MS. ex Legato Jos. Scaligeri N°. 50. Theonis Smyrnaei Mathematica utilia ad lectionem Platonis. (*Catal. Bibl. Lugd. Bat. pag.* 341.)

XXXII. Cod. e Bibl. Vossii N°. 44. Canones Astronomici et Chronologici, qui dicuntur esse Theonis

publice distracta, Manuscriptos Codices sibi vindicasse Colbertum. (Cf. B. G. Struvii *Introd. in Notit. Rei Literar.* Cap. III. §. 10. pag. 254. Edit. Sept., cura J. C. Fischeri) Bullialdus verosimiliter ad fidem hujus MS. Theonem edidit.

nis Smyrnaei (5), una cum aliis libris, in charta. (*Catal. l. pag.* 397.)

XXXIII. Cod. e Bibl. Vossii N°. 54. Inter libros varii argumenti exstat libelli pars quaedam inde a Capite περὶ ἑνὸς καὶ μονάδος, cui Vir Doctus adscripsit, Theonis Smyrnaei fragmentum. (*Catal. l. pag.* 398.)

BRITANNIA.

Bibliotheca Bodleiana, Oxonii.

XXXIV. Cod. 718. Theonis Smyrnaei Platonici eorum, quae in Mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt, expositio, una cum Arithmetica Nicomachi Gerasini. (*Catal. Libr. MSS. Angl. T. I. Part. I. pag.* 55.)

XXXV.

(5) Est Codex nitidissime scriptus, sed quem ultima librarii manus nec absolvit nec expolivit: namque ipsa libelli inscriptio atque figurarum Mathematicarum delineationes desiderantur, quarum loci in chartis vacui sunt. Integer liber, quem catalogi auctor Theonis Smyrnaei esse, e vulgari fama, autumat, quadraginta et sex foliis compositus est. Incipit his verbis: Ἡ τῶν Περσικῶν κανόνων σύστασις γέγονε τοῖς ἐκεῖσε μαθηματικοῖς κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος Ἰασδαγέρδου Σαριὲρ τοῦ Μαστὲρ βασιλέως Περσῶν, περσικοῖς χρησαμένοις τοῖς ἔτεσιν. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον ἔτος μειὰ ἔτη ᾳρλθ' (sic) ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς κ. τ. λ. Rationibus Astronomicis explicatur haec Iäsdagerdi aera, quam Arabes aeram Persicam appellant, et quae initium habuit anno Christi 632. Cf. Herbelot *Biblioth. Orient.* in voce *Iezdegerd* et Scaliger *de Emend. Temp.* pag. 199, D sqq. Libellum igitur nec Theonis Smyrnaei, nec etiam Theonis Alexandrini esse facile intelligitur, cum ejus auctor certo vixerit post annum 632, igitur quadringentos annos post Theonem Smyrnaeum.

XXXV. Cod. 6553. Cum aliis veteribus Mathematicis, Theon Smyrnaeus de Mathematicis ad Platonem intelligendum utilibus. (*Catal. l. pag.* 300.)

Biblioth. Colleg. S. Johan. Baptistae Oxonii.

XXXVI. Cod. 1828. Θέωνος Σμυρναίου τῶν κατὰ μαθηματικοὺς εἰς τὴν Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. (*Catal. l. T. I. Part. II. pag.* 61.)

Bibliotheca Collegii Regalis Cantabrigiae.

XXXVII. Cod. 2171. Theon Smyrnaeus de locis Mathematicis apud Platonem. (*Catal. l. Tom. I. Part. III. pag.* 162.)

Hi sunt libri Manuscripti Theonis, quos equidem aut in Bibliothecarum Catalogis, aut apud alios scriptores laudatos inveni, et illorum auctoritate recensui. Sed jam tempus est, ut ad reliqua explicanda accedam.

§. 2.

Antequam de editionis apparatu, quo Bullialdus usus est, atque de iis moneam, quae huic Bullialdi apparatui nunc pauca accesserunt, operae pretium esse existimo, Fabricii locum adscribere, ut appareat, quinam antea de Smyrnaei reliquiis edendis cogitaverint. » Latine verterat ante Bulliakdum Antonius Gongava, sive Gongavinus, Graviensis, teste Gesnero. Sed non edita est ejus translatio, neque magnum operae pretium est, eam in lucem pro-

proferri, siquidem ea est, quam inter libros Holstenianos evolvi Manuscriptam, in Bibliotheca hujus urbis Johannea. Neque enim ulterius procedit quam Bullialdus, neque cum hujus versione conferri vel accuratione vel elegantia meretur."

» Josephus quoque Auria in praefatione ad Theodosium Tripolitem promittit se Theonem e Codice Bibliothecae Vaticanae latine a se redditum editurum in lucem. Sed nec hujus interpretatio lucem vidit, neque Arnoldus Arlenius in lucem protulit scripta Procli, Hermiae, Damascii, Olympiodori ac Theonis Smyrnaei, quorum spem lectori fecit Basilius Amersbachius ad graecam Platonis editionem A°. 1556" (6).

Ineditum huc usque Theonis libellum de Astronomia (quem Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana servari Isaäcus Vossius Bullialdum monuerat) si obtinere aliquando potuisset Bullialdus, illum publici juris fieri se procuraturum esse, promisit (7). Utrum alii etiam in Theone edendo operam posuerint, noti inveni, nec credo quidem. Verum loca quaedam e libello de Musica illustrat et emendat Samuel Fermat in Epistola ad Pelissonium, quae, Theonis libellis jam ante editis, ad calcem editionis Tolosanae Diophanti subjungitur (8).

§. 3.

(6) Fabricii *Bibl. Graec.* T. II. pag. 101 sq.

(7) Bullialdi *Praef. ad Theonem* pag. 9.

(8) Nempe pag. 46 sq. Haec Epistola etiam edita est *in Operibus Mathematicis* Petri de Fermat pag. 208. Paris. 1679. Folio.

§. 3.

Thèonis Smyrnaei libellos de Arithmetica et de Musica Parisiis anno 1644 edidit, in Latinum sermonem vertit et egregiis annotationibus illustravit Ismaël Bullialdus, ad fidem Codicis e ditissima Bibliotheca Thuana, cui praefectus erat, ejus possessori J. A. Thuano in intimam amicitiam admissus (9). Sed videamus quibus Codicibus praeterea usus sit, quoniam Graecum textum ad unius fidem edidit, aliorumque Codicum lectionis diversitas nonnumquam in Graecis emendandis nobis inserviet. At ipsum Bullialdum de iis audiamus. » Quam vero diligentiam adhibuerim in hoc auctore publicando breviter exponam. E Codice Thuano, elegantissime scripto manu Angeli Vergetii, Cretensis, ante annos centum (igitur saeculo XVI.) Bibliothecae Regis Christianissimi custodis, textum damus. Cum vero in Bibliotheca Regia nacti essemus tres alios ejusdem Theonis MSS. libros, cum Thuano illos contulimus, quorum primus et alter manu recenti in papyro scripti sunt, multisque locis mutili et imperfecti, obmissas quippe integras lineas subinde deprehendimus, transscriptorum incuria vel dolo: nihilominus pluribus in locis nobis usui fuerunt.

(9) De Bibliotheca Thuana vide quos citat B. G. Struvius *Introd. in Not. Rei Literar.* Cap. III. §. 10. pag. 252. — Ismaëlis Bullialdi vitam illustrant Perrault, *des Hommes illustres* Tom. II. pag. 159. et Niceron, *Mémoires* Tom. I. pag. 327. qui ejus scripta recenset.

runt. Ambo vero his notis denotantur *CC. R.* aut *C. R.* 1 et *C. R.* 2. Tertius optimae notae liber est in membranis formae quadratae scriptus et vetustatis non infimae, qui significatur hac nota *C.* 3. Horum trium MSS. Regiae Bibliothecae variantes a Thuano lectiones adnotavimus et marginibus hujusce editionis imponi curavimus ut tibi, Charissime Lector! utraque scriptura praesens esset et lectio, continua libri evolutione, non interrumperetur. Numeros quoque Capitibus addidimus, ut facilior usus libri reddatur" (10).

§. 4.

His copiis auctus ad Theonem edendum accessit Bullialdus, cujus editionis partem priorem de Arithmetica, non sine aliqua cura adauctam, alteri editioni praeparavimus: cujus consilii rationes breviter nobis indicandae sunt, tandem huic sive disputationi sive introductioni finem impositurus. Codices duos Manuscriptos nactus, quos ditissima Academiae Lugduno Batavae Bibliotheca habet, in catalogo Manuscriptorum Theonis Smyrnaei (11), numeris XXXI et XXXIII distinctos, ad eorum fidem, adhibitis variis lectionibus Manuscriptorum a Bullialdo notatis, textum Theonis emendare conatus sum.

Prior liber de duobus, qui e Bibliotheca Illustrissimi

(10) Bullialdus *Praef. ad Theonem* pag. 9 sq.
(11) Cf. supra Cap. IV. §. 1. pag. LXIV, sq.

simi J. Scaligeri in publictum hujus Academiae thesaurum pervenit et servatur inter libros *Legati Scaligerani*, numero 50 distinctus, continet unam Theonis Smyrnaei Arithmeticam, triginta et octo paginis formae quartae, manu admodum recenti scriptam, et praeterea indicem Capitum libelli de Musica. Verisimiliter in gratiam viri cujusdam Docti ex alio Codice transscriptus est, quod verba docent, quae leguntur in exteriori pergameno, quo chartae alligatae sunt et servantur: » *Tradatur hic liber Josepho Scaligero et Bonaventurae Vulcanio, Graecarum literarum apud Lugdunenses Batavos professori.*" Haec opinio eo confirmatur, quod in Capite extremo XXIX, περὶ στερεῶν ἀριθμῶν, ob nimiam figurae cujusdam Mathematicae repetitionem, descriptor haec Latine adscripserit: » *haec figura ter erat posita, bis hoc modo, semel sic.*" Leidam igitur missus est liber intra annum 1593 et annum 1609, quo temporis spatio Scaliger et Vulcanius in hac urbe vivebant. De orthographia ejus MS. non habeo quod moneam, nisi particulam δὲ frequentissime pro δὲ scriptam esse, atque in numeris Arithmeticis maxime subinde confusam esse seriem. Liber in annotatione a nobis sic, *MS. S.*, laudatur.

Alter Codex, quo uti mihi licuit, inter libros Is. Vossii numero 54 distinguitur. Est Chartaceus aliosque libros continet et fragmentum Theonis Smyrnaei, quod perperam in Catalogo inscribitur; *fragmentum* περὶ ἑνὸς καὶ μονάδος. Quinque fere, aut sex priora Codicis folia, uti et extremum interierunt,

qua

qua jactura adhuc dimidia fere pagina, ultima scilicet pars libelli de Arithmetica, desideratur. Superstites servantur viginti et octo paginae, cum integer liber Arithmeticus, triginta et novem circiter aut quadraginta paginis scriptus fuisse videtur. Deest igitur libri inscriptio, sed manus recentior in prima et superiori margine chartarum scripsit: » *Theonis Smyrnaei fragmentum* εἰς τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος." Capitum inscriptiones, ipsa Capita, et interdum notae, quae dicuntur, periodi, majori et rubro literarum ductu instaurantur et distinguuntur. GELLIUS Vir Doctiss., alter Bibliothecae Leidensis Praefectus, quem interrogavi de aetate scripturae hujus Codicis, qua pars libelli Theonis scripta est, monuit me, eam certe saeculo XV non antiquiorem esse: hac nota *C. Voss.* aut *Cod. Voss.* distinguitur.

His auxiliis certe quod potui feci, non quod volui. Textum libelli de Arithmetica emendare conatus sum, cui Latinam versionem Bullialdi, paucis locis mutatam, suadente Optimo Promotore meo PEERLKAMPIO V. Cl., egregie de me merito, subjeci, praecipua lectionis diversitate notata. Nec Bullialdi notis temere spretis, quae placebant in Annotationem recepi. In interpretatione ita versatus sum, ut, si alia utar lectione, quam Bullialdus habet, quare id factum sit, moneam, et ut verba, quae Mathematicorum disciplinis propria sunt, quam accuratissime explicentur. Atque illud mihi non omittendum esse existimavi, ut Platonis aliorumque loca, quae Theon ante oculos habuisse videtur, accurate citentur;

tur: in quibus notandis illam sane diligentiam non praestitit Bullialdus, quam Theonis interpretatio, praesertim in priori parte libelli Arithmetici, flagitabat. Plurimum igitur Platonis verba mihi profuerunt ad scripturam iis locis emendandam, quibus libri Manuscripti, ut saepius fit, perversam lectionem omnes habent. Quod non ita intelligi velim, quasi existimem, me omnia menda e Theonis libello sustulisse: quod profiteri ineptum. Ceterum in Annotatione parcius de dictione Graeca monui, ne in majus volumen cresceret libellus, quem malui editionis specimen, quam ipsam Theonis Smyrnaei editionem haberi.

THEONIS SMYRNAEI

ARITHMETICA.

ΘΕΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ

Pag. 1. EDIT. BULL.

ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ,

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΝΑΓΝΩΣΙΝ.

α'. Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ μαθήματα.

Ὅτι μὲν οὐχ οἷόντε συνιέναι τῶν μαθηματικῶς λεγομένων παρὰ Πλάτωνι μὴ καὶ αὐτὸν ἠσκημένον ἐν τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ, πᾶς ἄν που ὁμολογήσειεν· ὡς δὲ οὔτε τὰ ἄλλα ἀνωφελὴς οὐδὲ ἀνόνητος ἡ 2

ΚΑΤΑ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΝ MS. S. habet *κατὰ μαθηματικὴν*. — *ὅτι ἀναγκαῖα κ. τ. λ.* haec inscriptio abest a MS. S. — *συνιέναι* MS. S. *συνιέναι*. — *λεγομένων παρὰ Πλ.* MS. S. *παρὰ Πλ. λεγομένων*.

THEONIS SMYRNAEI

PLATONICI,

EXPOSITIO EORUM, QUAE IN MATHEMATICIS AD PLATONIS LECTIONEM UTILIA SUNT.

Cap. I. *De Utilitate Matheseos.*

Fieri non posse ut ea, quae a Platone e Mathematicis disciplinis proposita sunt, quispiam intelligat, nisi in earum contemplatione versatus fuerit, unusquisque profecto concesserit. Ipse vero multis ostendere

περὶ ταῦτα ἐμπειρία, διὰ πολλῶν αὐτὸς ἐμφανίζειν ἔοικε· τὸ μὲν οὖν συμπάσης γεωμετρίας καὶ συμπάσης μουσικῆς καὶ ἀστρονομίας ἔμπειρον γενόμενον τοῖς Πλάτωνος συγγράμμασιν ἐντυγχάνειν, μακαριστὸν μὲν εἴ τῳ γένοιτο, οὐ μὴν εὔπορον οὐδὲ ῥᾴδιον ἀλλὰ πάνυ πολλοῦ τοῦ ἐκ παίδων πόνου δεόμενον. Ὥστε καὶ τοὺς διημαρτηκότας τοῦ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀσκηθῆναι, ὀρεγομένους δὲ τῆς γνώσεως τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ μὴ παντάπασιν ὧν ποθοῦσι διαμαρτεῖν κεφαλαιώδη καὶ σύντομον ποιησόμεθα τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὧν δεῖ μάλιστα τοῖς ἐντευξομένοις Πλάτωνι μαθηματικῶν θεωρημάτων παράδοσιν, ἀριθμητικῶν τε καὶ μουσικῶν καὶ γεωμετρικῶν, τῶν τε κατὰ στερεομετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόντε εἶναί φησι τυχεῖν τοῦ ἀρίστου βίου, διὰ πολλῶν πάνυ δηλώσας ὡς οὐ
3 χρὴ τῶν μαθημάτων ἀμελεῖν. Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐπιγρα-

ἐμπειρία MS. S. ἐμπειδεία. — πάνυ πολλοῦ MS. S. πάνυ τοῦ πολλοῦ. — ὥστε καὶ τοὺς CC. R. ὥστε δὲ καὶ τοὺς. — αὐτοῦ μὴ παντάπασιν MS. S. αὐτοὺς μὲν παντάπασιν. — σύντομον ποιησόμεθα MS. S. σύντομως ποιησόμεθα. — μαθηματικῶν θεωρημ. CC. R. μαθηματικῶν τε καὶ θεωρημ.

videtur, harum cognitionem neque in ceteris fructu atque utilitate carere. Cuicumque igitur contigerit adire scripta Platonis universae Geometriae totius Musices ac Astronomiae perito, is quidem beatissimus habeatur: sed hanc comparare neque promptum aut facile, verum ab ineunti aetate assiduum laborem requirit. Ne vero illi, qui Mathesin colere non potuerunt, et ipsius scripta cognoscere cupiunt, animi sui votis penitus excidant, summam et epitomen exhibebimus illorum, quae maxime necessaria sunt Mathematica theoremata, et ea exponemus, quae usui futura sunt illis, qui in Platonis scripta incidunt: Arithmethica nempe, Musica, Geometrica, et illa quae ad Stereometriam (i. e. *solidorum dimensionem*) atque ad Astronomiam pertinent; sine quibus, ait ille, non posse quemquam optima vita frui, postquam prolixis verbis ostendit, non oportere Mathesescos studium negligi. Eratosthenes

φομένῳ Πλατωνικῷ φησὶν, ὅτι, Δηλίοις τοῦ Θεοῦ χρήσαντος ἐπὶ ἀπάλλαγῇ λοιμοῦ, βωμὸν τοῦ ὄντος διπλασίονα κατασκευάσαι, πολλὴν ἀρχιτέκτοσιν ἐμπεσεῖν ἀπορίαν, ζητοῦσιν ὅπως χρὴ στερέου στερεοῦ γένεσθαι διπλάσιον, ἀφίκεσθαί τε πευσομένους περὶ τούτου Πλάτωνος. τὸν δὲ φάναι αὐτοῖς, ὡς ἄρα οὐ διπλασίου βωμοῦ ὁ Θεὸς δεόμενος τοῦτο Δηλίοις ἐμαντεύσατο, προφέρων δὲ καὶ ὀνειδίζων τοῖς Ἕλλησιν ἀμελοῦσι μαθημάτων, καὶ γεωμετρίας ὀλιγωρηκόσιν· ἀκολούθως δὲ τῇ τοῦ Πυθίου παραινέσει, πολλὰ καὶ αὐτὸς διέξεισιν ὑπὲρ τοῦ ἐν μαθήμασι χρησίμου· ἔν τε γὰρ τῇ Ἐπινομίδι προτρέπων ἐπὶ τὰ μαθήματά φησιν· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων πότε τις ἐν πόλει εὐδαιμονῶν γενήσεται Φύσις, ἀλλ' οὗτος ὁ τρόπος, αὕτη ἡ τροφὴ, ταῦτα τὰ μαθήματα, εἴτε χαλεπὰ εἴτε ῥᾴδια, διὰ τούτων ἰτέον· ἀμελῆσαι δὲ οὐ θεμιτόν ἐστι

ἐπὶ ἀπαλλαγῇ C. R. 1. hoc loco imperfectus, C. R. 2. habet ἐστι ἀπαλλαγὴ vide *Annot.* — MS. Th. ἀφίκεσθαι πευσομένους C. R. 3. ἀφίκεσθαί τε et MS. S. τοὺς πευσομένους habet. — MS. S habet ἔν τε γὰρ Ἐπινομίδι. — ἄνευ τούτων MS. S. ἄνευ τούτου. — φύσις e Platone recepi pro φύς, vide *Annot.* — διὰ τούτων sic in margine MS. Th. qui habet διὰ ταῦτα; CC. R. διὰ ταύτης et ita MS. S. in cujus margine eadem manu διὰ τούτων. — δὲ οὐ θεμιτόν C. R. 3. οὐδὲ θεμιτόν.

enim in libro, qui Platonicus inscribitur, refert; postquam Delios, de pestis liberatione interrogantes, oraculo dato jussisset Deus Altare, duplum ejus quod tunc erat, ponere, multam fabris ingentemque objectam animi anxietatem, quaerentibus; quomodo oporteat solidum solidi dati duplum fieri: ipsosque adiisse Platonem de hoc problemate interrogaturos, eumque illis respondisse, quod Deus ejusmodi oraculum Deliis ediderit, non quasi dupli Altaris egenus, sed objecerit Graecis et exprobraverit circa Mathematicas disciplinas et Geometriam neglectum, atque socordiam. Apollinis vero Pythii monitis ductus, multa deinceps disserit ipse de Mathematicarum disciplinarum utilitate. In Epinomide enim ad eas excolendas incitans, ait: *Non sane harum ignarus quisquam in Civitate beatus erit: sed per has disciplinas, sive arduae sive pronae sint, iter faciendum, eo instituto eaque educatio-*

4 Θεῶν. καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς, τὸν τοιοῦτόν φησιν ἐκ πολλῶν ἕνα γεγονότα, εὐδαίμονά τε ἔσεσθαι καὶ σοφώτατον ἅμα καὶ μακάριον. ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ φησιν, ἐκ τῶν εἴκοσι (καὶ πέντε) ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε τῶν ἄλλων μείζους οἴσονται, τά τε χύδην μαθήματα πᾶσιν ἐν τῇ παιδίᾳ γενόμενα, τούτοις συναπτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητός τε ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. παράινει τε πρῶτον μὲν ἔμπειρον γενέσθαι ἀριθμητικῆς, ἔπειτα γεωμετρικῆς, τρίτον δὲ στερεομετρίας, τέταρτον ἀστρονομίας, ἣν φησιν εἶναι θεωρίαν φερομένου στερεοῦ, πέμπτον δὲ μουσικῆς. τό τε χρήσιμον παραδείκνυς τῶν μαθημάτων φησίν, ἡδὺς εἶ, ὅτι ἔοικας δεδιέναι μὴ ἄχρηστα τὰ μαθήματα προστάττοιμι. τό δ' ἐστὶν οὐ πάνυ φαύλοις, ἀλλὰ πᾶσι χαλεπὸν πιστευθῆναι· ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν

μαθήματα π. ἐ. τ. παιδίᾳ CC. R. παθηματα π. ἐ. τ. παιδειᾷ. — ἀριθμητικῆς ἐπ. γεωμετρικῆς. MS. S. pluralia habet. Mox τέταρτον τέταρτον δὲ scribit. — ἡδὺς εἶ MS. S. ἡδὺς ἐστὶν. — προστάττοιμι, τὸ δ' ἐστὶν CC. R. et C. R. 3 καὶ προστάττοιμι τ. δ. ε; MS. S. προστατῶμεν, τουτέστιν. — πᾶσι χαλεπὸν MS. S. inverso ordine habet.

ne opus est, et spernere Deos est nefarium. In sequentibus porro ait; *Talem qui unus e multis fuerit, fortunatum sapientissimum, simulque beatum fore.* In Republica vero scribit; *Quicumque ab anno vigesimo quinto aetatis, ut caeteris praestantiores electi fuerint, majores quam caeteri honores reportent: et disciplinae (Mathematicae), quae omnibus in aetate puerili sparsim traditae sunt, quasi in brevi tabula contrahantur, ut illarum disciplinarum inter se cognatio, et natura illius quod vere existit, percipiatur.* Inprimis quidem ad Arithmetices studium cohortatur, deinde ad Geometriam capessendam, tertio ad Stereometriam, deinceps ad Astronomiam, quam dicit esse solidi lati contemplationem, tandem ad Musicam ediscendam impellit. Ostensa dein Matheseos utilitate, ait; *Lepide agis, cum formidare videris, ne tibi inutiles disciplinas praecipiam. Non autem ingenii prorsus mediocris sed quibuslibet hominibus difficilis persuasio, his disciplinis,*

ἑκάστου, οἷον ὀργάνοις, τὸ ψυχῆς ἐκκαθαίρεται, καὶ ἀνα-
ζωπυρεῖται ὄμμα τυφλούμενον καὶ ἀποσβεννύμενον ὑπὸ τῶν 5
ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων,
μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ τῆς πολιτείας
περὶ ἀριθμητικῆς λέγων, ὡς ἐστὶ ἀναγκαιστάτη πασῶν φησιν· ἔπει-
τα ἧς δεῖ πάσαις μὲν τέχναις πάσαις δὲ διανοίαις, καὶ ἐπιστήμαις
καὶ τῇ παλεμικῇ. παγγέλοιον γοῦν στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα
ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. φησὶ
γὰρ ἀριθμὸν εὑρὼν, τάς τε τάξεις καταστῆσαι τῷ στρατο-
πέδῳ ἐν Ἰλίῳ, καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τὰ ἄλλα πάν-
τα, ὡς πρότου ἀναριθμήτων ὄντων, καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος,
ὡς ἔοικεν, οὐδὲ ὅσους εἶχε πόδας εἰδότος, εἴγε μὴ ἠπίστατο
ἀριθμεῖν· κινδυνεύει γοῦν τῶν πρὸς νόησιν ἀγόντων φύσει
εἶναι, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ χρῆται ἐλκτικῷ ὄντι πρὸς οὐσίαν.
καὶ νοήσεως παρακλητικῷ. ὅσα μὲν γὰρ ἁπλῶς κινεῖ τὴν αἴσ- 6

ἀλήθεια ὁρᾶται MS. S. ἡ ἀλήθεια ὁρᾶται. — ἧς δεῖ πάσαις CC. R. ἧς ἐδεῖ πάσαις. — ὡς πρότου sic C. R. 1. Alii CC. R. 2 et 3. atque MS. S. ὡς πρὸ τοῦ habent. — κινδυνεύει γοῦν MS. S. κινδυνεύει οὖν.

ceu instrumentis, repurgari animi oculum et novi ignis instar excitari, qui oculus ab aliis disciplinis caligine obductus et exstinctus erat, cum tamen in eo conservando, quam in decem millibus oculorum major cura sit adhibenda: nam solo hoc oculo veritatem intuemur. In septimo vero de Republica, de Arithmetica disserens, eam ait, maxime omnium necessariam esse, qua porro artes omnes, animi conceptus, omnesque disciplinae, ipsaque ars militaris opus habent. *Palamedes itaque in tragoediis Agamemnonem ridiculum Imperatorem frequenter ostendit: numerum enim se invenisse gloriatur, et cuncta ordinasse in castris apud Ilium navesque et caetera omnia, quorum numerus antea initus non erat, cum ipse Agamemnon videretur quot haberet pedes ignorasse, siquidem numerandi nesciebat artem. Videtur itaque suapte natura ad illas res pertinere, quae ad intelligentiam ducunt, etiamsi nemo hac arte utatur, tamquam quae rerum essentiam pertrahendi vim habet* et intelligentiam adjuvat. Quotquot ete-

θησαν, οὐκ ἔστιν ἐπεγερτικὰ καὶ παρακλητικὰ νοήσεως, οἷον ὅτι ὁ ὁρώμενος δάκτυλός ἐστι· καὶ ὅτι παχὺς, ἢ λεπτὸς, ἢ μέγας, ἢ μικρός. ὅσα δὲ ἐναντίως κινεῖ αἴσθησιν, ἐπεγερτικὰ καὶ παρακλητικά ἐστι διανοίας· οἷον ὅταν τὸ αὐτὸ φαίνηται μέγα καὶ μικρὸν, κοῦφον καὶ βαρύ, ἓν καὶ πολλά. καὶ τὸ ἓν οὖν καὶ ὁ ἀριθμὸς παρακλητικὰ καὶ ἐπεγερτικά ἐστι διανοίας· ἐπεὶ τὸ ἓν ποτε πολλὰ φαίνεται· λογιστικὴ δὲ καὶ ἀριθμητικὴ, ὁλικὸς καὶ ἀγωγὸς πρὸς ἀλήθειαν. ἀπτέον δὲ τῆς λογιστικῆς μὴ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' ὡς ἂν ἐπὶ θέαν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει. οὐδὲ πράσεως χάριν, ἐμπόρων ἢ καπήλων μελετῶντες, ἀλλ' ἕνεκα ψυχῆς τῆς ἐπ' ἀλήθειαν καὶ οὐσίαν ὁδοῦ· τοῦτο γὰρ ἄνω ἄγει τὴν ψυχὴν, καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι. οὐκ ἀποδεχόμενον ἄν τις αὐτῷ σώματα ἁπτὰ ἢ ὁρατὰ ἔχοντας ἀριθμοὺς προσφερόμενος δια-

ὅτι ὁ ὁρώμενος Articulus abest a MS. S. — καὶ ἐπεγερτικά ἐστι διανοίας CC. R. καὶ ἀπεγερτικά ἐστι διανοίας. — ἀπτέον δὲ τῆς λογιστικῆς MS. S. ἀπτέον δὲ λογιστικῆς. — ἁπτὰ ἢ ὁρατὰ ἔχοντας e Platone restituimus: MSS. dant ἢ αὐτὰ ὁρατὰ, ἔχοντα. — MS. S. ἀριθμῶν προσφ.

nim sensum uno modo movent, non excitant aut provocant intellectum, verbi gratia quod sit digitus visus, quodque densus vel tenuis, magnus vel parvus. Quotquot vero contrario modo sensum afficiunt, vim possident citandi et adjuvandi facultatem intellectivam: velut quando res eadem magna parvaque apparet, levis et gravis, una et multiplex. Itaque et unum et numerus intellectum incitant et impellunt siquidem, quod unum est, quandoque multa esse videtur; Logistica vero et Arithmetica tradunt ducuntque ad veritatem. Logistica ergo tractanda est *non more vulgi, sed ita, ut mente perveniant homines ad contemplationem naturae numerorum, non cauponationis gratia, mercatorum aut cocionum, sed propter animi bonum cogitantes haec, quibus ad veritatem et substantiam pervenitur, auxilia. Hocce enim studium sursum animum tollit ac evehit, eumque de numeris ipsis rationes sermonesque instituere cogit; nec admittit si quis inter disserendum afferat corpora sensibilia vel visibilia, numerabilia.* Rursus

λέγηται· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ φησὶν· ἔτι οἱ λογιστικοὶ εἰς πάντα τὰ μαθήματα ὀξεῖς φύονται, οἵτε βραδεῖς εἰς τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν γενέσθαι. ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ φησὶ, καὶ ἐν πολέμῳ δ' οὗ χρήσιμον πρὸς τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ κατα-
λήψεις χωρίων, καὶ ξυναγωγὰς καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς. Ἐν τε τοῖς ἑξῆς ἐπαινῶν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα μαθήματα σπουδὴν γεωμετρία μὲν, φησίν, ἐστὶ περὶ τὴν τοῦ ἐπιπέδου θεωρίαν, ἀστρονομία δὲ περὶ τὴν τοῦ στερεοῦ φοράν· αὐτὴ δὲ ἀναγκάζει εἰς τὸ ἄνω ὁρᾶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε ἐκεῖσε ἄγει. καὶ μὲν δὴ περὶ μουσικῆς ἐν τῷ αὐτῷ φησὶν· ὅτι δυεῖν δεῖται ἡ τῶν ὄντων θεωρία, ἀστρονομίας καὶ ἁρμονίας, καὶ αὖ-
ται ἀδελφαὶ αἱ ἐπιστῆμαι, ὡς οἱ Πυθαγορικοί. οἱ μὲν οὖν 8
τὰς ἀκουομένας συμφωνίας αὖ καὶ φθόγγους ἀλλήλοις ἀνα-
μετροῦντες ἀνήνυτα πονοῦσι τελείως παραβάλλοντες τὰ ὦτα,

MS. S. λογιστικοὶ εἰς ἅπαντα. — εἰς τὸ ὀξύτεροι αὑτῶν. Sic CC. R. et C. 3: e Platone αὐτοὶ adjecimus: MS. Th. εἰς τὸ ὀξύτερον αὐτοὶ αὐτῶν. — ἐν πολέμῳ δ' MS. S. δ' ἐν πολιτικῷ. — E Platone recepimus ἐκτάσεις στρατίας: MS. Th. ἐξετάσεις στρατίας. — τὴν τοῦ στερ. φ., αὐτὴ MS. S. τοῦ στερ. φ., αὐτὴ. — δυεῖν δεῖται CC. R. et MS. S. δυοῖν δεῖται. — ἀλλήλοις ἀναμετροῦντες MS. S. ἀναμετροῦντες ἀλλήλοις.

in eodem libro ait; *Logistici insuper ad omnia Mathemata comprehendenda acuuntur et, qui tardiorem indolem possident, ipsi se acriores et acutiores reddunturi.* Praeterea asserit in bello quoque *ad castrametationes* conferre, *locorum occupationem inque acie exstruenda densandoi ordines et exporrigendos.* Infra vero studium laudans talium disciplinarum, ait, Geometria quidem versatur in contemplatione Superficiei, Astronomia vero circa *solidi lationem*, *haecque oculos sursum ad coelos tollere cogit, indeque ab illis huc deducit.* Jamque de Musica ibidem agit disseritque, quod duabus rebus opus est contemplationi eorum, quae existunt. Astronomia scilicet et Harmonia *quae ambae juxta Pythagoricos, scientiae inter se affines sunt. Qui igitur, quas audiunt symphonias et sonos altos aliis reciproce metiuntur, incassum laborant, dum aures attente admovent, vocem ex proxi-*

οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρώμενοι. οἱ μὲν φασὶν ἀκούειν ἐν μέσῳ τινὰ ἦχον καὶ μικρότατον εἶναι διάστημα τοῦτο, ᾧ μετρητέον. οἱ δὲ ἀμφισβητοῦσιν ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένου, τὰ ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι, ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχουσιν ἐπὶ τῶν κολλάβων στρεβλοῦντες. οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἀριθμητικοὶ ζητοῦσιν ἐπισκοποῦντες τίνες σύμφωνοι ἀριθμοὶ ἀριθμοῖς, καὶ τίνες οὔ. καὶ τοῦτο χρήσιμον πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ ζήτησιν, ἄλλως δὲ ἄχρηστον. καὶ τούτων πάντων ἡ μέθοδος ἂν μὲν ἐπὶ τῶν ἀλλήλων ἀφίκηται κοινωνίαν καὶ ξυλλογισθῇ, ᾗ ἔστιν ἀλλήλοις οἰκεία, φέρει αὐτῶν ἡ πραγματεία καρπόν. οἱ δὲ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοί, οὐ γὰρ μὴ δύνωνται λαβεῖν τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον.
9 οὐχ οἷόντε δὲ τοῦτο μὴ δι' ἐκείνων ἐλθόντα τῶν μαθημάτων. ὁδὸς γάρ ἐστι δι' αὐτῶν ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων θέαν ἐν τῷ διαλέγεσθαι.

κολλάβων στρεβλοῦντες C. R. 1. κοκχλάβων στρεβλοῦνται: in margine C. R. 2. κοχλάβων legitur. — καὶ καλοῦ ζήτησιν MS. S. καὶ τοῦ καλοῦ ζήτησιν. — καὶ τούτων πάντων a duobus CC. R. abest πάντων. Reliqui et Plato habent. — φέρει αὐτῶν ἡ πρ. C. R. 3. φέρει αὐτῷ ἡ πρ.

mo quasi aucupantes. *Alii dicunt, exaudiri in medio sonum quendam et minimum esse hoc intervallum, quo metiri oporteat. Alii vero addubitant similem sonum reddi; anteposítis itaque auribus intellectui, fides, manubriis contortis, pulsando explorant.* Periti vero Arithmetici *contemplatione investigant, quinam numeri inter se consonent, symphoniamque efficiant, quique non.* Quae ratio etiam *conducit ad boni et pulchri inquisitionem, alia vero est inutilis. Horumque omnium methodus, si fuerit universalis et se extenderit ad eas communes proprietates, colligaturque modus mutuae affinitatis illorum, diligentia studiumque illis adhibita, fructum commodumque reportant. Quique in his versantur Dialectici nequeunt enim non capere rationes easque reddere;* sed nemo hoc praestare potest, nisi per has disciplinas gressus direxerit, dum enim ratiocinamur per illas ad rerum contemplationem est perveniendum. In Epinomio rursus alia multa de

Πάλιν τε ἐν τῷ ἐπιπέδῳ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ ἀριθμητικῆς διεξέρχεται θεοῦ δῶρον αὐτὴν λέγων καὶ οὐχ ὅντε ἄνευ ταύτης σπουδαῖον γενέσθαι τινά. ὑπερβὰς δὲ ἀντικρυς φησίν· εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐξέλοιμεν, οὐκ ἄν ποτ' ἔτι φρόνιμοι γενοίμεθα, οὐδὲ ἂν ἔτι ποτὲ τούτου τοῦ ζώου, φησὶν, ἡ ψυχὴ πᾶσαν ἀρετὴν λάβοι· σχεδὸν γὰρ ὁ τούτου λόγος εἴη. ζῶον. δὲ ὅ τι μὴ γιγνώσκοι δύο καὶ τρία, μηδὲ περιττὸν μηδὲ ἄρτιον, ἀγνοοῖ δὲ τὸ παράπαν ἀριθμὸν, οὐκ ἄν ποτε διδόναι λόγον, περὶ ὧν αἰσθήσεις καὶ μνήμας μόνον εἴη κεκτημένον· στερόμενος δὲ ἀληθοῦς λόγου, σοφὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν λεγόμενα, ἃ νῦν διήλθομεν, οὐδέ ποτε τούτων οὐδὲν μένει· πάντα δὲ ἀπολεῖται τὸ παράπαν, ὅταν ἀριθμητικῆς τις ἀμελῇ. 10

περὶ ἀριθμητικῆς CC. R. et MS. S. ὑπὲρ ἀριθμητικῆς. — σπουδαῖον γενέσθαι τινά MS. S. σπουδαῖον ἀνδρὰ γενέσθαι. — ὑπερβὰς δὲ CC. R. et C. R. 3. ὑποβὰς δὲ. — οὐδὲ ἂν ἔτι ποτὲ τ. MS. S. οὐκ εἰ ποτὲ τ. — ὅ τι μὴ e Platone scripsimus pro ὅτι μὴ, quod MSS. habent. — στερόμενος C. R. 1. et C. 3. στερομένος. — οὐδέ ποτε MS. S. οὐδέποτε. — μένει C. R. 3. μέλλει. — ὅταν ἀριθμητικῆς τις MS. S. ὅταν τῆς ἀριθμητικῆς τις.

Arithmetica disserit et *donum Dei illam appellat*, nec fieri posse ut quis bonus absque ea evadat. Ad oppositas vero partes transitu facto, ait: *Siquidem numeros e naturae humanae finibus eliminaverimus, nusquam amplius prudentes erimus aut intelligentes neque animalis hujus anima virtutum omnium capax ulterius erit: hujus enim tantum non essentia erit. Animal certe, quod non capit aut novit duo et tria, impares vel pares prorsusque numeros ignorat; rationem numquam reddet eorum, quae solo sensu acquirere aut memoria tenere poterit. Ut quicumque vera ratione privatus fuerit, sapiens numquam erit. Atqui quae nunc ad alias artes spectantia percurrimus horum nil usquam remanet, omnia vero funditus pereunt, quando quis Arithmeticam neglexerit. Fortasse quibusdam, dum ad artes respiciunt, vilis*

δόξειεν ἂν ἴσως τισὶ βραχέος ἀριθμοῦ δεῖσθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὡς εἰς τὰς τέχνας ἀποβλέψασι, καί τοι μέγα μὲν καὶ τοῦτο. εἰ δέ τις ἴδοι τὸ θεῖον τῆς γενήσεως καὶ τὸ θνητὸν, ἐν ᾧ καὶ τὸ θεοσεβὲς, γνωρισθήσεται καὶ ὁ ἀριθμὸς ὄντως· οὐκ ἂν ἔτι πᾶς μάντις γνοίη σύμπαντα ἀριθμὸν, ὅσης ἡμῖν δυνάμεως αἴτιος ἂν εἴη συγγινόμενος, ἐπεὶ καὶ μουσικὴν πᾶσαν διαριθμουμένων κινήσεώς τε καὶ φθόγγων δῆλόν ὅτι δεῖ· καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν ὡς πάντων αἴτιόν, ὅτι δὲ κακῶν οὐδενός ἐστι τοῦτο γνωστέον. σχεδὸν δὲ ἀλόγιστος, ἄτακτος, ἀσχήμων τε καὶ ἄρρυθμος, ἀνάρμοστός τε σφόδρα, καὶ πάνθ' ὅσα κακοῦ κεκοινώνηκέ τινος ὅστις λέλειπται πάντος ἀριθμοῦ. Ἐν δὲ τοῖς ἑφεξῆς φησὶν, (ἔστω ἔχον,) μηδεὶς ὑμᾶς ποτε πειθέτω τῆς εὐσεβείας εἶναι τῷ θνητῷ γένει·

τὸ τῶν ἀνθρώπων MS. S. pro τῶν habet μὲν. — MS. S. sic habet καὶ μὲν μέγα δὲ καὶ τοῦτο. εἴ τις κ. τ. λ. — οὐκ ἂν ἔτι πᾶς μάντις MS. S. οὐκ ἔτι μάντις πᾶς. — διαριθμουμένων e Platone restituimus. Libri scripti δι' ἀριθμοῦ μετὰ habent.. — ὅτι δὲ κακῶν sic C. R. 2. et C. R. 3. ac Plato. Sed MS. Th. et C. R. 1. habent ὁ. δ. κακὸν. — οὐδενός ἐστι. Sic C. R. 3. At C. R. 1. οὐκ ἑνὸς, C. R. 2. οὐ καὶ ἑνὸς. — (ἔστω ἔχον) forsitan delenda sint. Certe e Platone locus sic accipiendus μεῖζον μὲν γὰρ ἀρετῆς μηδεὶς ἡμᾶς κ. τ. λ. — θνητῷ γένει MS. Th. γενητῷ γένει.

bitur humanum genus paryo brevique numero opus habere, certe is etiam magni erit momenti. Si quis vero in hominis ortu quid divinum, quidque mortale sit inspiciat, quod pietatis erga Deos opus sit, etiam numerum revera in illo cognoscet: nec ullus, vel si vates sit, rite cognoverit ac intellexerit quemlibet numerum, quot quantarumque facultatum ac virium nobis auctor existit. Musicam siquidem universam per numeros cum motibus et sonis manifestum est oportere effici et numerum, ut omnium causam, maximum bonum tenere oportet, nililusque mali auctorem esse. Rationis vero fere expers est et inordinatus, idemque sine decore, incompositus et admodum inconcinnus, ceterisque vitiis deformatus, is, omnis quem numerus deficit. Deinceps vero sic pergit; *nullus umquam nobis suadeat mortali generi virtutum*

ἓκ. γὰρ τούτου φίεσθαι καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς τῷ μαθόντι κατὰ τρόπον. ἔπειτα παραδείκνυσι θεσσίβειαν ὅτῳ τρόπῳ τις μαθήσεται· λέγει δὲ δεῖ μαθεῖν πρῶτον ἀστρονομίαν, εἰ γὰρ τὸ καταψεύδεσθαι καὶ ἀνθρώπων δεινὸν, πολὺ δεινότερον Θεῶν· καταψεύδοιτο δ' ἂν ὁ ψευδεῖς ἔχων δόξας περὶ Θεῶν· ψευδεῖς δ' ἂν δόξας ἔχοι περὶ Θεῶν ὁ μηδὲ τῶν αἰσθητῶν Θεῶν φύσιν ἐπεσκεμμένος, τουτέστιν ἀστρονομίαν. ἀγνοεῖσθαι δὲ φησι τοῖς πολλοῖς, ὅτι σοφώτατον ἀνάγκη τὸν ἀληθῶς ἀστρονόμον εἶναι. μὴ τὸν καθ' Ἡσίοδον ἀστρονομοῦντα, οἷον δυσμὰς τε καὶ ἀνατολὰς ἐπεσκεμμένον, ἀλλὰ τὰς περιόδους τῶν ἑπτὰ, ὃ μὴ ῥαδίως ποτὲ πᾶσα φύσις ἱκανὴ γένοιτο θεωρῆσαι. τὸν δὲ ἐπὶ ταῦτα παρασκευάζοντα, φύσεις οἵας δυνατὸν πολλὰς προδιδάσκειν χρεία ἐστὶν ἐθίζοντα παῖδα ὄντα καὶ νεανίσκον διὰ μαθη- II

δεῖ μαθεῖν CC. R. δεῖν μαθεῖν. — τῶν αἰσθητῶν C. R. 2. et MS. S. τὴν τῶν αἰσθητῶν. — τῶν ἑπτὰ. Sic cum Platone scripsimus. Libri MSS. numerum ζ' habent. — ῥαδίως MS. S. ῥᾳδίων. — παρασκευάζοντα abest a C. R. 1. — φύσεις οἵας δυνατὸν πολλὰς MS. S. φύσις οἵα δυνατὸν πολλὰς. Rectius e Platone legas φύσεις δ' ἃς δυνατὸν πολλὰ sic vertimus, vid. *Annot.*

aliquam pietate potiorem augustioremque esse, hinc enim ceteras ei, qui recte didicerit, virtutes comparari: quomodo vero pietas sit addiscenda sequentibus ostendit, aitque; astronomiam imprimis cognoscendam esse, si etenim adversus homines mendacia fingere turpe est, multo turpius adversus Deos fore. Mendax vero ille est, qui de Diis falsas opiniones concipit deque illis falsa sentit, qui neque sensibilium Deorum naturam, id est Astronomiam, contemplatus fuerit. Ignorare vero plurimos dicit, *quod necessario sapientissimus est ille, qui verus est Astronomus, non is qui juxta Hesiodum Astronomiam exercet, occupatus nimirum in observandis occasibus siderum eorumque ortibus, sed iste, qui septem Planetarum scrutatur revolutiones, ad quas cognoscendas omne hominis ingenium vix fuerit idoneum. Qui vero iis praeparare studet hominum ingenia, propter quae possunt multa praedoceri eum oportet vel puerum et juvenem cum Mathematicis disciplinis familiari-*

περὶ ταῦτα ἐμπειρία, διὰ πολλῶν αὐτὸς ἐμφανίζειν ἔοικε· τὸ μὲν
οὖν συμπάσης γεωμετρίας καὶ συμπάσης μουσικῆς καὶ ἀστρονο-
μίας ἔμπειρον γενόμενον τοῖς Πλάτωνος συγγράμμασιν ἐντυγχά-
νειν, μακαριστὸν μὲν εἴ τῳ γένοιτο, οὐ μὴν εὔπορον οὐδὲ ῥᾴδιον
ἀλλὰ πάνυ πολλοῦ τοῦ ἐκ παίδων πόνου δεόμενον. Ὥστε καὶ τοὺς
δημαρτηκότας τοῦ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀσκηθῆναι, ὀρεγομένους δὲ
τῆς γνώσεως τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ μὴ παντάπασιν ὧν ποθοῦσι
διαμαρτεῖν κεφαλαιώδη καὶ σύντομον ποιησόμεθα τῶν ἀναγκαίων,
καὶ ὧν δεῖ μάλιστα τοῖς ἐντευξομένοις Πλάτωνι μαθηματικῶν θεω-
ρημάτων παράδοσιν, ἀριθμητικῶν τε καὶ μουσικῶν καὶ γεωμετρικῶν,
τῶν τε κατὰ στερεομετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόντε
εἶναί φησι τυχεῖν τοῦ ἀρίστου βίου, διὰ πολλῶν πάνυ δηλώσας ὡς οὐ
3 χρὴ τῶν μαθημάτων ἀμελεῖν. Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐπιγρα-

ἐμπειρία MS. S. ἐμπειδεία. — πάνυ πολλοῦ MS. S. πάνυ τοῦ πολλοῦ. — ὥστε καὶ τοὺς CC. R. ὥστε δὲ καὶ τοὺς. — αὐτοῦ μὴ παντάπασιν MS. S. αὐτοὺς μὲν παντάπασιν. — σύντομον ποιησόμεθα MS. S. σύντομως ποιησόμεθα. — μαθηματικῶν θεωρημ. CC. R. μαθηματικῶν τε καὶ θεωρημ.

videtur, harum cognitionem neque in ceteris fructu atque utilitate carere. Cuicumque igitur contigerit adire scripta Platonis universae Geometriae totius Musices ac Astronomiae perito, is quidem beatissimus habeatur: sed hanc comparare neque promptum aut facile, verum ab ineunti aetate assiduum laborem requirit. Ne vero illi, qui Mathesin colere non potuerunt, et ipsius scripta cognoscere cupiunt, animi sui votis penitus excidant, summam et epitomen exhibebimus illorum, quae maxime necessaria sunt Mathematica theoremata, et ea exponemus, quae usui futura sunt illis, qui in Platonis scripta incidunt: Arithmethica nempe, Musica, Geometrica, et illa quae ad Stereometriam (i. e. *solidorum dimensionem*) atque ad Astronomiam pertinent; sine quibus, ait ille, non posse quemquam optima vita frui, postquam prolixis verbis ostendit, non oportere Mathesecos studium negligi. Eratosthenes

φομένῳ Πλατωνικῷ φησὶν, ὅτι, Δηλίοις τοῦ Θεοῦ χρήσαντος ἐπὶ ἀπαλλαγῇ λοιμοῦ, βωμὸν τοῦ ὄντος διπλασίονα κατασκευάσαι, πολλὴν ἀρχιτέκτοσιν ἐμπεσεῖν ἀπορίαν, ζητοῦσιν ὅπως χρὴ στερέου στερεοῦ γένεσθαι διπλάσιον, ἀφίκεσθαί τε πευσομένους περὶ τούτου Πλάτωνος. τὸν δὲ φάναι αὐτοῖς, ὡς ἄρα οὐ διπλασίου βωμοῦ ὁ Θεὸς δεόμενος τοῦτο Δηλίοις ἐμαντεύσατο, προφέρων δὲ καὶ ὀνειδίζων τοῖς Ἕλλησιν ἀμελοῦσι μαθημάτων, καὶ γεωμετρίας ὀλιγωρηκόσιν· ἀκολούθως δὲ τῇ τοῦ Πυθίου παραινέσει, πολλὰ καὶ αὐτὸς διέξεισιν ὑπὲρ τοῦ ἐν μαθήμασί χρησίμου· ἔν τε γὰρ τῇ Ἐπινομίδι προτρέπων ἐπὶ τὰ μαθήματά φησιν· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων πότε τις ἐν πόλει εὐδαιμονῶν γενήσεται Φύσις, ἀλλ' οὗτος ὁ τρόπος, αὕτη ἡ τροφὴ, ταῦτα τὰ μαθήματα, εἴτε χαλεπὰ εἴτε ῥᾴδια, διὰ τούτων ἰτέον· ἀμελῆσαι δὲ οὐ θεμιτόν ἐστι

ἐπὶ ἀπαλλαγῇ C. R. 1. hoc loco imperfectus, C. R. 2. habet ἐστι ἀπαλλαγὴ vide *Annot.* — MS. Th. ἀφίκεσθαι πευσομένους C. R. 3. ἀφίκεσθαί τε et MS. S. τοὺς πευσομένους habet. — MS. S habet ἔν τε γὰρ Ἐπινομίδι. — ἄνευ τούτων MS. S. ἄνευ τούτου. — φύσις e Platone recepi pro φύς, vide *Annot.* — διὰ τούτων sic in margine MS. Th. qui habet διὰ ταῦτα; CC. R. διὰ ταύτης et ita MS. S. in cujus margine eadem manu διὰ τούτων. — δὲ οὐ θεμιτόν C. R. 3. οὐδὲ θεμιτόν.

enim in libro, qui Platonicus inscribitur, refert; postquam Delios, de pestis liberatione interrogantes, oraculo dato jussisset Deus Altare, duplum ejus quod tunc erat, ponere, multam fabris ingentemque objectam animi anxietatem, quaerentibus; quomodo oporteat solidum solidi dati duplum fieri: ipsosque adiisse Platonem de hoc problemate interrogaturos, eumque illis respondisse, quod Deus ejusmodi oraculum Deliis ediderit, non quasi dupli Altaris egenus, sed objecerit Graecis et exprobraverit circa Mathematicas disciplinas et Geometriam neglectum, atque socordiam. Apollinis vero Pythii monitis ductus, multa deinceps disserit ipse de Mathematicarum disciplinarum utilitate. In Epinomide enim ad eas excolendas incitans, ait: *Non sane harum ignarus quisquam in Civitate beatus erit: sed per has disciplinas, sive arduae sive pronae sint, iter faciendum, eo instituto eaque educatio-*

4 Θεῶν. καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς, τὸν τοιοῦτόν φησιν ἐκ πολλῶν ἕνα γεγονότα, εὐδαίμονά τε ἔσεσθαι καὶ σοφώτατον ἅμα καὶ μακάριον. ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ φησιν, ἐκ τῶν εἴκοσι (καὶ πέντε) ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε τῶν ἄλλων μείζους οἴσονται, τά τε χύδην μαθήματα πᾶσιν ἐν τῇ παιδίᾳ γενόμενα, τούτοις συνακτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητός τε ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. παράινει τε πρῶτον μὲν ἔμπειρον γενέσθαι ἀριθμητικῆς, ἔπειτα γεωμετρικῆς, τρίτον δὲ στερεομετρίας, τέταρτον ἀστρονομίας, ἣν φησιν εἶναι θεωρίαν φερομένου στερεοῦ, πέμπτον δὲ μουσικῆς. τό τε χρήσιμον παραδεικνὺς τῶν μαθημάτων φησίν, ἡδὺς εἶ, ὅτι ἔοικας δεδιέναι μὴ ἄχρηστα τὰ μαθήματα προστάττοιμι. τό δ' ἐστὶν οὐ πάνυ φαύλοις, ἀλλὰ πᾶσι χαλεπὸν πιστευθῆναι· ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν

μαθήματα π. ἐ. τ. παιδίᾳ CC. R. παθηματα π. ἐ. τ. παιδειᾷ. — ἀριθμητικῆς ἐπ. γεωμετρικῆς. MS. S. pluralia habet. Mox τέταρτον τέταρτον δὲ scribit. — ἡδὺς εἶ MS. S. ἡδὺς ἐστιν. — προστάττοιμι, τὸ δ' ἐστὶν CC. R. et C. R. 3 καὶ προστάττοιμι τ. δ. ε; MS. S. προστατῶμεν, ταυτέστιν. — πᾶσι χαλεπὸν MS. S. inverso ordine habet.

μυρίων ἀντάξιον ὁμμάτων ὄργανον ψυχῆς καὶ φέγγος ἀπάλλυσιν, ᾧ μόνῳ θεατόν ἐστι τὸ θεῖον, vix me retinere possum quin sequentia adscribam, quae omnino conferri merentur: videatur etiam Theagenes Pythagoreus apud Stobaeum *Serm.* I. pag. 10. Alcinous *de Dogm. Plat.* Cap. 27. pag. 114, in Platonis Dialog. editis a Fischero Lipsiae 1783. et Cel. Wyttenbachius ad *Plutarch. de Sera Num. vindict.* pag. 94, qui pro admirabili doctrinae copia complures locos citat.

Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ τῆς πολιτείας. Huc usque Theon maxime, ut solet, auctoritate Platonis, Mathematicas disciplinas in universum utilissimas esse probavit. Nunc accedit ad earum partes, veluti primo loco Arithmeticam et Logisticam, ita laudandas, ut dicat earum partium usum quam latissime patere, cum in rebus bellicis, ceterisque doctrinis et artibus excolendis, tum etiam in excitandis animi virtutibus, ingeniique dotibus augendis. — Quomodo de rebus bellicis ipse Plato dixerit, vide *de Republ.* pag. 522, C.

Παγγέλοιον γοῦν στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν τραγῳδίαις. Locus e Platone *de Republ.* Lib. VII. pag. 522, D. satis diligenter expressus. Cum aliis errare videtur Bullialdus, qui pag. 195. affirmans, tragicum illum Sophoclem esse, ejus poëtae tragoediam Palamedem citat, e qua fabula Platonem hanc historiolam sumsisse suspicatur, adscriptis tribus versiculis e fragmento Sophoclis, quod Achilles Tatius *Isagog. ad Arat. Phaenom.* Cap. I. pag. 122, servat (nam Epigrammata quae affert, referre longum sit):

οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,
στάθμην τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα
τάξεις τε ταύτας, γραμμάτων τε σήματα.

et

et loco sequente Eustathii *ad Homer. Iliad.* II. 308. pag. 433. Tom. I. Edit. *Politi.* Florent. 1730, dicentis Palamedem invenisse *κυβείαν καὶ πεττείαν ἐν Ἰλίῳ* et deinde haec verba addentis: *τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοίας τοῦ Παλαμήδους, καὶ τῆς εὑρήσεως δὲ τοῦ χρόνου, ἣν καὶ αὐτὴν ἐκεῖνος ἀνεφίσατο, μάρτυρα παράγουσι Σοφοκλῆν, ὃς ἐν δράματι ὁμωνύμῳ τῷ εὑρετῇ Παλαμήδῃ, φησὶν·*

οὐ λιμὸν οὗτος τὸν δ' ἄπωσε σὺν Θεῷ
εἰπεῖν; χρόνου τε διατρίβας σοφωτάτας
ἐφεῦρε, φλοίσβου μετακοπὴν καθημένοις
πεσσοὺς, κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

quibus cum cf. Pausaniae Lib. II. c. 20. §. 3. Ut autem intelligatur qualem Bullialdi errorem notavimus, tenendum est, Brunckium *Edit. Sophoclis.* Tom. II. Part. III. pag. 22. docere: Heathium sagaciter observare illos versiculos non esse e Tragoedia Palamede, quum in illo dramate Nauplii personae locus non fuerit, eosque ad Tragoediam Nauplium pertinere, quam tragoediam citant Scholiast. Pindari *ad Isthm.* VI. 10, Stobaeus *Florileg.* Tit. CIV. pag. 427. alii. Ejus Tragoediae argumentum, quod Tzetzes *ad Lycophr.* 384. exponit, huc redit: Nauplium, Euboeae regem, audita Palamedis filii morte, Graecorum castra ad Trojam adiisse, eumque frustra a Graecis postulantem, ut a fraudis auctoribus, qua filius damnatus erat, poenas exigerent, in Graeciam reducem diversas ad urbes appulisse, ubi falsis nuntiis Principum uxores, quae a Moechis sollicitabantur, in crimen impulit. De cujus Tragoediae Nauplii argumento illud certe affirmari licet, Palamedem, qui ante interfectus esse dicebatur, in ea ipsum non ostendere, Agamemnonem, numerandi artis ignarum, ridiculum Imperatorem fuisse:

po-

potuit tamen in scena ab alia persona res gesta narrari. Ceterum audacter Brunckius l. c. judicare videtur cum nihil apertius esse ait, quam Sophoclis versus, ab Eustathio servatos, ad eamdem Nauplii fabulam pertinere; cujus judicii nullam prorsus rationem reddit. Nimirum Hesychius duobus locis Sophoclis fabulam Palamedem dictam citat. Ob ipsam igitur Bullialdi annotationem de hac re leviter monendum erat; nam Platonis verba, quae Theon expressit, ad Tragicos poëtas ita respiciunt, quasi fuerit haec fabula de Palamede locus, quem communem vocant, a pluribus veterum Tragicis memoratum, qui poëtae frequenter Palamedem inducerent Arithmetices imperitiam Agamemnonis reprehendentes. Licet non negem, ἐν ταῖς τραγῳδίαις etiam de una quadam tragoedia accipi posse.

Κινδυνεύει γοῦν. Sunt etiam verba Platonis, e quibus tamen plura omisit, quae pag. 522, E, praecedunt: καίτοι ποῖόν τιν' αὐτὸν οἴει στρατηγὸν εἶναι; Ἄτοπόν τιν', ἔφη, ἔγωγε, εἰ ἦν τοῦτ' ἀληθές. Ἀλλό τι οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, μάθημα ἀναγκαῖον πολεμικῷ ἀνδρὶ θήσομεν μᾶλλον, ἢ λογίζεσθαί τε καὶ ἀριθμεῖν δύνασθαι; Πάντων γ', ἔφη, μάλιστα, εἰ καὶ ὁτιοῦν μέλλει τάξεων ἐπαΐειν, μᾶλλον δ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ἔσεσθαι. Ἐννοεῖς οὖν, εἶπον, περὶ τοῦτο τὸ μάθημα ὅπερ ἐγώ; Τὸ ποῖον; His sequitur locus, quem Theon recepit, cujusque sententia his verbis etiam illustratur. Ultima verba, a Theone allata, sunt quidem Platonis, sed prorsus perturbata. Nam apud Platonem pag. 523, A, verba ita exstant; Κινδυνεύει τῶν πρὸς τὴν νόησιν ἀγόντων Φύσει εἶναι ὃ ζητοῦμεν, χρῆσθαι δ' οὐδεὶς αὐτῷ, ἑλκτικῷ ὄντι παντάπασι πρὸς οὐσίαν. Verba hujus loci, qualia Theon scripsit, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ χρῆται ἑλκτικῷ ὄντι κ. τ. λ. significant, etiamsi nemo hac arte Arithmetices utatur, tamquam

quam quae rerum essentiam intelligendi vim habet, id est, etiamsi Arithmetica duntaxat in vitae communis usum convertatur, jam maxima est ejus disciplinae utilitas, ob quam laudari meretur. Sed eadem ars hominum animos praeparat ad philosophiam contemplativam, quam plurima ab Arithmetices disciplina incrementa cepisse docuit Plato, Pythagoram imitatus.

Ὅσα μὲν γὰρ ἁπλῶς κινεῖ τὴν αἴσθησιν. Verba non sunt quidem Platonis: at e Platone *de Republ.* Lib. VII. pag. 523, C sq. sententia, eamque illustrans exemplum, fluxisse videntur. Theon haec dicit ut probet Arithmetices peritiam *ad entis*, ut loquuntur Philosophi, *intelligentiam* ducere. Locus Platonis cujus brevissimum contrahit argumentum, longior est, quam qui adscribatur; sed omnino conferendus est, παρακλητικὸν, pag. 8. cum praecedenti ἐπεγερτικὸν saepissime a Platone conjungitur: Bullialdus verterat *qui ad provocandum potens erat*, liberius ille a Theonis sensu recedens. Scilicet qui in judiciis aut in alia quacumque re, homines vel amicos testimonii aut auxilii gratia arcessunt παρακαλεῖν dicuntur, veluti apud Xenophontem *Mem. Socr.* Lib. II. c. 1. §. 2. alios passim. Eodem sensu h. l. Arithmetica quasi ab intellectu in auxilium vocari seu arcessi dicitur. Verbosam annotationem ad hunc Theonis locum scripsit Bullialdus, pag. 197. neque auctoris verba, satis, ut mihi videtur, perspicua illustravit. Re ipsa explicita Theonis reprehensionem subjunxit dicens: « Non praetermittere debemus, Theonem videri sibi contradixisse, cum ait, ea quae simpliciter sensum movent intellectum non excitare, statimque exemplum affert digiti visi, qui tenuis vel crassus, parvus vel magnus apparet: deinde inter ea, quae movent sensum contrario modo, magnum et

parvum enumerat, leve et grave: oportuit certe illum digitum sibi visum cum alia re ulla non comparasse et solitaria accepisse, quando dixit simpliciter sensum movere; ad aliud vero retulisse, quando movere sensum modo contrario digitum dixit." Sed ita explicanda esse mihi verba videntur, quod ἁπλῶς κινεῖ non adeo significent *simpliciter* aut *leviter sensum movere*, quam quidem ἁπλῶς *uno modo*, sensum ita movere, ut una tantum rei cujusdam proprietas, sed haec integra tamen, cognoscatur: qualis rei cognitio diversa est a levi illa et confusa rerum externarum impulsione, quam a Theone significari, Bullialdus existimare videtur, de qua Smyrnaeum non cogitasse credo. — ἐναντίως κινεῖ αἴσθησιν i. e. *contrario modo sensum afficiunt*, non ita, ut una tantum corporis cujusdam proprietas, qua sit verbi gratia *magnum*, appareat, sed ita sensum afficiunt, ut varias conditiones, huic corpori proprias, omnes simul percipiamus, verbi causa, esse illud corpus *grave*, *magnum*, *simplex*: quibus omnibus bene exploratis, illud corpus demum cognitum perspectumque habebimus.

P. 8. Καὶ τὸ ἓν οὖν. Hic est disputationis exitus: quoniam non una rei cujusdam proprietas ejus notitiam illustrat, quippe quae omnium cognitionem requirit, propterea *unum* et *numerus*, incitant hominum animos ad rerum intelligentiam, eosque adjuvant. Sed id *unum* atque ille *numerus* hoc ipsi non efficiunt, sed illorum diligentior contemplatio, quae Arithmetices disciplina continetur; quoniam τὸ ἓν πότε πολλὰ φαίνεται, id est quoniam illud, quod homini, rem *uno modo* contemplanti, unum esse videatur, aliquando non *unum* est, sed *multa* i. e. numerus ipse, quam infra Cap. 3. pag. 25. ait unitatum collectionem esse. Prolixus est de hac re

So-

Socratis sermo apud Platonem *in Phileb.* pag. 14, C. — pag. 17, B.

Λογιστικὴ δὲ καὶ ἀριθμητικὴ. Platonem Logisticam ab Arithmetica distinxisse, jam Bullialdus notavit p. 197; ut *in Gorgia* p. 450, D. ἕτεραι δέ γέ εἰσι τῶν τεχνῶν αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι, καὶ ἔργου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ᾗ οὐδενὸς προσδέονται, ἢ βραχέος πάνυ, οἷον ἡ ἀριθμητικὴ καὶ ἡ λογιστικὴ καὶ ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἡ πεττευτική γε, καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι. Conf. idem *in Phileb.* p. 56, E. Verum quid sit Logistica accuratius explicandum est. Nimirum Plato tribus partibus animum contineri docet *de Republ. Lib.* IV. p. 439, scilicet in partem λογιστικὴν, alteram ἐπιθυμητικὴν, tertiam θυμητικὴν, quarum in universum Logisticam ita explicat, l. c. τὸ μὲν ᾧ λογίζεται λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς. Ipsam autem Logisticam artem Plato *in Gorgia* p. 451, B. ita definivit; εἰ δ' αὖ ἔροιτο, τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἄν, ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων· καὶ εἰ ἐπανέροιτο, ἡ περὶ τί, εἴποιμ' ἂν, ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ ξυγγραφόμενοι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ, (καὶ) ἡ λογιστικὴ ἔχει· (περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν.) διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα πῶς ἔχει πλήθους, ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον ἡ λογιστικὴ. E quibus facile intelligi existimo, Logisticam illam artem esse, qua de numerorum proprietatibus ratiocinamur, quam nominis interpretationem verba Theonis, quae continuo sequuntur, optime probant, cum dicat Logisticam eo consilio colendam esse, ὡς ἂν ἐπὶ θέαν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει. Restat autem ut breviter Platonis verba (p. 451.) ὅτι καὶ τὰ μὲν ἄλλα explicentur, de quibus ita monet Bullialdus, l. c. quod mos aliquando fuerit Athenis, scribam publicum, recitatis in concione

aliquot civium suffragiis, populum anteaquam reliqua recitaret, saepius monuisse, quod alii suffragia eodem modo tulissent, ne eandem denuo sententiam repeteret. In eo Bullialdus Ammonii *ad Aristot. Librum de Interp.* Cap. 2. interpretationem sequitur. Vetus interpres Platonis, in scholiis (*ad Gorgiam*, pag. 451, B.) a Celeb. Ruhnkenio collectis, ipse Ammonii locum imitatus est, aut Scholiastes Platonis et Ammonius uterque ex eodem fonte rivulos suos deduxerunt.

Μὴ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' ὡς ἂν κ. τ. λ. Sunt iterum verba Platonis *de Republ.* Lib. VII. pag. 525. quae memoriter a Theone scripta fuisse apparent. — οὐδὲ πράσεως χάριν ἐμπόρων ἢ καπήλων. Notavit Bullialdus pag. 199 sqq. Auri famem et mercaturae studium Philosopho indignum esse, quare Sacerdotes Aegyptii totos se rerum contemplationi dedissent, Porphyrius *de Abstin. ab Esu Anim.* Lib. IV. Hinc Pythagorae ratio fluxisse videtur, quam sic explicat Aristoxenus *de Arithm.* apud Stobaeum *Eclog. Phys.* I. 2. pag. 17. Heer. τὴν δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς πραγματείαν μάλιστα πάντων τιμῆσαι δοκεῖ Πυθαγόρας, καὶ προάγειν εἰς τὸ πρόσθεν, ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς τῶν ἐμπόρων χρείας. Fortasse Plato illud placitum a Pythagoreis recepit, e cujus scriptis qui profecerunt, conferantur, veluti Plutarchus *de Oracul. Defect.* Cap. II. pag. 410, A. et Themistius *Orat.* XXI. pag. 260, A. Bullialdus in annotatione ita Pergit: « Differunt autem ἔμπορος καὶ κάπηλος et ἐμπορικὴ καὶ καπηλικὴ diversoque modo agitantur ista duo mercaturae genera. Differentiam amborum tradit idem Themistius *Orat.* XXIII. pag. 297. ἡ μὲν ἐξ ἄλλης πόλεως εἰς ἄλλην ὠνῇ τε καὶ πράσει χρωμένη καὶ μεταβάλλουσα τὰ ἀγώγιμα, ἐμπορικὴ ὀνομάζεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· ἡ δὲ ἐν πόλει μιᾷ καθημένη ἀλ-

ἀλλακτικὴ τῶν αὐτῶν τούτων, εἰ μὲν αὐτουργοῦσα τὰ αὐτῆς ἔργα νομίσματος ἀποδιδοῖτο, ὥσπερ οἱ μάγειροι καὶ οἱ βαλανεῖς, αὐτοπωλικὴ ἂν ἐν δίκῃ καλοῖτο· ἡ δὲ τὰ ἀλλότρια ἀνουμένη, καπηλικὴ. Scholiastes Aristophanis *ad Plutum* vs. 1155. quinque distinguit mercatorum genera dicens, πέντε δέ εἰσιν αἱ διαφοραὶ τῶν πωλούντων· αὐτοπώλης, κάπηλος, ἔμπορος, παλιγκάπηλος, μεταβολεύς, quibus mox subjungit inter alia: κάπηλος ὁ ἀγοράζων ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, καὶ πωλῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ἀγόραζεν· ἔμπορος δὲ ὁ ἀγοράζων, καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου ἢ ἀπὸ τοῦ καπήλου.

Ἕνεκα ψυχῆς τῆς ἐπ' ἀλήθειαν καὶ οὐσίαν ἴδου. Platonis verba ita sunt corrupta, ut operae pretium sit ipsam Platonis diversitatem notare. Hic ita scripsit ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς βᾳστώνης, καὶ μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ' ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. Verba quae Plato his subjungit a Theone omissa sunt, quorum sensus huc redit: Praeclarae sunt et utiles Arithmetices et Logisticae disciplinae, si eo consilio illas perdiscas, ut ipsae disciplinae percipiantur, non ut in mercaturae usum adhibeantur. Neque dubito, quin Theon haec verba prudenter omiserit, quae flagitabat quidem colloquii sermo, alterna vice progrediens, sed quorum inanis fuisset repetitio, remissa colloquii forma. Quae apud Smyrnaeum nostrum proxime leguntur τοῦτο γὰρ ἄνω ἄγει κ. τ. λ. nunc etiam apud Platonem sequuntur nempe pag. 525, D. hac tamen lectionis diversitate, τοῦτό γε δὴ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς σφόδρα ἄνω πῃ ἄγει τὴν ψυχήν, καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι. Notandum est ἀριθμοὺς αὐτοὺς esse numeros puros, *abstractos* dicunt, ab omnium rerum concretione liberos, quibus opponuntur ἀριθμοὶ σώματα ἔχοντες, qui sunt numeri ut dicuntur *concreti*, et *corporei*. Vid. Astium ad Platonis *Epinom.*

Cap. 12.) pag. 990, A. *in Animadvers.* pag. 613. rem exemplis quibusdam illustrantem.

Οὐκ ἀποδεχόμενον ἄν τις αὐτῷ. Participium illud refertur ad praecedens τοῦτο, quod non, uti in textu Platonis, pendet a verbis τοῦτό γε ὁ νῦν δὴ ἐλέγομεν, sed quod conjungendum est cum antecedentibus illis μελετᾶν ἕνεκα ψυχῆς. Ipsam sententiam ita Bullialdus illustrat: « Hic et infra repudiat Plato numeros, cum materia aut corporibus conjunctos, nec vult tales a Philosophis considerari, quia, quae materiei implicita sunt, λῃπτά ἐστι νόθῳ λογισμῷ, *opinione adulterata*, ut ait Apulejus: sed admittit tantum numeros ideales et a materia sejunctos; ideo dicebat Melissus ἔστι τοῦ ὄντος ἀληθινοῦ χρεῖσσον οὐδέν, ἡ δὲ ὕλη τὸ χείριστον. Ita refert Simplicius *Comment. in Lib. I. Phys. Aristotelis.*" Huc usque Bullialdus, pag. 200. — Pro Platonico αὐτῇ scil. ψυχῇ Theon, suo more verba permutans, αὐτῷ scripsit, quod non mutandum esse existimo, sed ad infinitivum διαλέγεσθαι referendum. Facilius quidem verba e Platonis contexta transscripta locum corruptum emendarent. Sed cum Platone nusquam ita consentit Theon, ut ejusmodi mutandi aut emendandi ratio hic satis probari possit. — ἁπτὰ ἢ ὁρατά. Sic scribere non dubitavimus pro vitiosa MSS. lectione αὐτὰ ὁρατά, idque auctoritate Platonis pro iis scribentis ὁρατὰ ἢ ἁπτά: potuerunt etiam ἁπτὰ ἢ librariorum incuria facillime in ἢ αὐτὰ depravari. — Ejusdem Platonis auctoritate ἔχοντας dedimus pro ἔχοντα quod MSS. habent; potuisset tamen ἔχοντα levi quadam probabilitatis specie retineri et plurale ἀριθμοὺς auctoritate MS. Scaligeri in singulare ἀριθμὸν mutari; sed hanc emendationem antecedentia αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν reprobare videntur. Neque dici potest σῶμα ἀριθμοὺς ἔχον quoniam non le-

qui-

quitur de corporum proprietatibus sed de numeris sermo est; qui *abstracti* dicuntur, si de numeris quaeritur quatenus numeri sunt, et qui *concreti* appellantur, si quarumdam corporearum magnitudinem aut multitudinem definiunt. Omnino igitur ἔχοντας legendum est. Sic etiam Plato *in Epinom.* pag. 990, A. ἀριθμῶν ἐπιστήμονα αὐτῶν, ἀλλ' οὐ σώματα ἐχόντων, quem locum Theon infra pag. 14. in librum recepit, ut suo loco monebimus.

P. 9. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ φησὶν. Nempe Plato *de Republ.* Lib. VII. pag. 526, B, cujus verba conferantur. Illa εἰς τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν nunc cum Platonis lectione consentiunt. Bullialdus e Codice Thuani, cujus fidem ubique sequitur, dedit εἰς τὸ ὀξύτερον αὐτοὶ αὑτῶν. Theonis lectionem verborum Platonicorum emendavimus auctoritate Cod. MSS. omnium Bibliothecae Regiae, quos cum Thuano suo contulit ipse Bullialdus. Sententia proverbialiter dicta fuisse videtur, quoniam Plato adjecit ὡς ἔπος εἰπεῖν. Bullialdus pag. 200. verba satis perspicua interpretatur et citat similem Geometriae laudationem, Quintiliani *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 11. cui addatur Cicero *de Orat.* Cap. 3. — πρὸς τὰς στροποπεδεύσεις κ. τ. λ. Plura Platonis verba Theon omisit, atque in iis memoria Smyrnaeum fefellit; nam quae de rebus bellicis hoc loco dicuntur, quibus scilicet utilissima esset Arithmetices et Logistices notitia, haec Plato dixit ad Geometriae studium commendandum. ἐκτάσεις e Platone reposuimus, consentiente Bullialdo pag. 200. pro ἐξετάσεις, quod MSS. habent et inanem sensum praebet. Inde ab his verbis, Geometria leviter memorata, Platonis sententiam exponit Theon, scilicet Dialectices peritiam in illos non cadere, qui Arithmeticam non coluerunt, quoniam illi Arithmetices gnari optime Harmo-

moniam pertractarunt, cujus et Astronomiae peritia opus est contemplationi essentiae rerum. — *αὐτὴ δὲ ἀναγκάζει.* Sunt verba Platonis *de Republ.* Lib. VII. pag. 529, A.

Ὅτι δυεῖν δεῖται ἡ τῶν ὄντων θεωρία ἀστρονομίας καὶ ἁρμονίας. Integram Bullialdi animadversionem, quam huic loco adjecit, nunc non repetere nolui. Ita scribit vir doctus pag. 201. « Contemplatio rerum, quae revera sunt, mentem ad res aeternas et immutabiles dirigit, praeter ideas autem (quae sunt rationes aeternae quibus *δημιουργὸς Θεὸς* mundum condidit) nobis invisibiles et mente tantum comprehensibiles, coeli et stellae patent, quos aeternos dixerunt Pythagorici et Platonici, Deosque visibiles appellarunt; ut ergo rite de illis sentiant et loquantur homines applicare debent animum tam sublimi theoriae, ut motus eorum cognoscant. Primi, certe si Gemino credimus, Pythagorici motus coelorum propius dispexerunt, de quibus ita scribit *Isagog. ad Astron.* Cap. I. pag. 3, D. *Edit. Petavii* (*plura ex antecedentibus adscripserat Bullialdus, quae omitti potuerunt*), *οἱ γὰρ Πυθαγορεῖοι πρῶτοι προσελθόντες ταῖς τοιαύταις ζητήσεσι ὑπέθεντο ἐγκυκλίους καὶ ὁμαλὰς ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ε΄ πλανητῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις. τὴν γὰρ τοιαύτην ἀταξίαν οὐ προσεδέξαντο πρὸς τὰ θεῖα, καὶ αἰώνια· ὡς ποτὲ μὲν ταχίον κινεῖσθαι, ποτὲ δὲ βραδίον, ποτὲ δὲ ἑστηκέναι, ὡς δὴ καὶ καλοῦσι στηριγμοὺς ἐπὶ τῶν ε΄ πλανητῶν ἀστέρων*, et infra (Cap. I. pag. 3, E.) *δι' ἥντινα αἰτίαν προὔτειναν οὕτως ἁπλῶς δι' ἐγκυκλίων, καὶ ὁμαλῶν κινήσεων ἀποδεθείη τὰ φαινόμενα.* Qui ergo motus illos regulares et circulares ignorat aut opinione prava ex antecepta animi informatione eos confundit et conturbat coeli stellarumque naturam clare numquam contemplabitur et proinde ad re-

um aeternarum cognitionem numquam perveniet juxta
cita Platonis: et haec est Astronomia, cui studere de-
verus Philosophus, non solos observare ortus et
asus siderum, secundum Hesiodi praecepta, ut in-
e Platone Theon recitaturus est. Deinde cum Pytha-
as voluerit Harmoniam quamdam coelestibus motibus
ci, non possibile est, ut illam cognoscat quivis, nisi
illam, quae numeris continetur, noverit."

Καὶ αὐταὶ ἀδελφαὶ αἱ ἐπιστήμαι. Sunt verba
tonis *de Republ.* Lib. VII. pag. 530, D. Similiter de
ciplinis Mathematicis ait Archytas Tarentinus apud
comachum *Arithm.* Lib. I. c. 3. pag. 70. *Astii μαθή-
τα ἀδελφεά*, Conf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.*
g. 9, B. *Edit. Tenn.* Solebant Graeci res genuinas et
ter se, sororum instar, similes, saepius *ἀδελφὰς* appel-
e. Vide exempla, quae citant viri docti ad Aeliani
r. *Hist.* Lib. II. Cap. 18. et Schaefferus *ad Gregor.*
rinth. de Dialect. pag. 569. Bullialdus sententiam ani-
dversione illustrat, cujus partem adscribemus. « As-
nomia et Harmonia (sunt verba Bullialdi pag. 201.)
entiae (*disciplinae*) sunt affines et cognatae, Astro-
mia quippe motus Stellarum proprios contemplatur:
rmonia vero non solum motus vocis et aëris sonum
citantis, concentus atque symphonias contemplatur, sed
am coelestium motuum consonantias; et hae duae in-
r se non solae affines sunt, sed et aliae Mathematicae
sciplinae." Huc usque Bullialdus, cujus reliquam an-
tationem adscribere, non opus est.

Οὖν τὰς ἀκουομένας κ. τ. λ. Locum sequentem e
atone *de Republ.* Lib. VII. pag. 531, A. sqq. expres-
Theon, verba iterum adulterans, memoria deficien-
aut mutata sermonis alterni forma. Ipse Platonis lo-

cus omnino conferendus. Longiorem Bullialdi annotationem pag. 202—205. breviter referemus: « Ut supra numerum materiei implicitum repudiavit, sic sonorum rationes improbantur, quas sensus i. e. auditus discernit. Pythagorei quidem in consonantias inquirebant, numerorum proportionibus usi: Aristoxenus sonos investigabat, auditus judicio ductus, tamen ratione non in omnibus spreta. vid. Ptolemaeus *Harm.* Lib. I. Cap. 2. Platonis sermone, Pythagoreorum sententiam nunc profitetur Theon et tuetur. Diversa autem haec opinio tres peperit Musicorum sectas, nempe Pythagoreorum, Aristoxeniorum et Organicorum: quarum singulae quid voluerint, explicandum est. Veteres Harmonici aut Pythagorici, ad praeceptoris imitationem, in rebus musicis omnem sensuum efficaciam et omne auditus judicium repudiabant, numerorum autem proportionibus omnia absolvebant. vid. Aristoxenus *Elem. Harm.* Lib. I. cf. Plutarchus *de Music.* Cap. 37. pag. 1144, F. Qui vetustissimis illis Musicis succedebant, potissimam judicii partem sensui tribuebant, minorem rationi: quam opinionem tuebantur Aristoxenus, ejusque sectatores. Tertia Musicorum secta, quoniam versabatur in instrumentis musicis tractandis, Organicorum nomine clara, auditu et instrumentis solummodo confidentes, rationis praecepta penitus neglexit. Hujus sectae meminit Plutarchus *de Musica* Cap. 39. pag. 1145, C, D. et Lucretius Carus *Rer. Nat.* Lib. II. 410." Huc usque Bullialdus. q veterum scriptorum verba adjecit ubi nos loca laudavimus, et plura notavit, quae nobis minoris pretii videbantur.

P. 10. Οἱ μὲν φασὶν ἀκούειν. Nimirum Aristoxenus ejusque sectatores, qui ex instrumentorum musico

rum chordis rationes consonantiarum minimis intervallis metiebantur. Rem longa annotatione illustrat Bullialdus, pag. 205 sq. cujus verba repetere noluimus. Quae mox sequuntur, οἱ δὲ ἀμφισβητοῦσιν ὡς ὅμοιον ἤδη κ. τ. λ. dicuntur de iis, qui, Aristoxeno ulterius progressi, omnem rationis usum improbabant, et omnia instrumentis musicis soloque auditu perficiebant. Hanc ob causam Plato scripsit ἀμφότεροι τὰ ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι, in quibus Theon ἀμφότεροι omisit, quod cum de Aristoxeni sectatoribus, tum de Musicis organicis dicitur: quippe qui ambo numerorum proportiones negligebant. — ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχουσιν ἐπὶ τῶν κολλάβων στρεβλοῦντες, *fides manubriis contortis pulsando explorant.* πράγματα παρέχειν τινι dictio Platoni usitata, veluti *Menon.* pag. 90, E. et passim alibi. — κολλάβων meminit etiam Lucianus *Dial. Deor.* VII. §. 4. ἔπειτα κολλάβους ἐμπήξας καὶ μαγάδα ὑποθεὶς κ. τ. λ. Cf. Jamblichus *de vita Pythag.* segm. 118, ibique Kusterus. Plurimum tamen κόλλοπας scripsit Lucianus, quod antiquis scriptoribus usitatius: nam κολλάβοι recentiores civitate donarunt. Apud Platonem legitur κολλόπων. Non mutandum esse existimo Theonis κολλάβων: enim non mirum est, illum hoc scripsisse, utpote sua aetate quod tritius erat. Videatur de hoc nomine, vetus Scholiasta Ruhnkenii ad Platonis *de Republ.* Lib. VII. pag. 531, B. et Ruhnkenius ad Timaei *Lexic. Plat.* pag. 161. qui Graevium et Hemsterhusium laudat, ad Luciani *Dial. Deor.* VII. pag. 222, quorum posterior citat hunc Platonis locum, quem recepit Theon. Sunt autem κολλόποι sive κολλάβοι, *manubria*, quibus contortis, aut circumversis instrumenti musici fides tenduntur aut relaxantur, ut acutior sonus aut gravior audiatur. — τινες σύμφωνοι

ἀριθμοί. Recte monet Bullialdus, pag. 205, Platonem, Pythagoreos secutum, hoc dixisse, qui Pythagorei numeros multiplices et superparticulares σύμφωνους appellarunt, superpartientes ἀσυμφώνους. vid. Ptolemaei *Harm.* Lib. I. Cap. 5.

Κρήσιμον πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ ζήτησιν. Plato scripsit καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. Bullialdus pag. 205. citat Proclum *in Euclidem* Lib. I. dicentem, τρία γὰρ ταῦτα διαφερόντως, καὶ ἐν τοῖς σώμασι, καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς, τὸ κάλλος ἀποτελεῖν, τὴν τάξιν, τὴν συμετρίαν, τὸ ὡρισμένον. — λαβεῖν τε καὶ ἀποδέξασθαι. Verba, si ita leguntur, sententiae perspicuitatem desiderant. Locus, quem Smyrnaeus e Platone *de Republ.* Lib. VII. pag. 532, A. expressit, habet δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον, *dare* et *recipere sermonem*, i. e. alterius ratiocinium percipere et ipse ratiocinari, in quo praecipua Dialectices facultas, consistit. Recte igitur, ut videtur, Theonis verbum ἀποδέξασθαι Bullialdus mutare voluit, in ἀποδείξασθαι: nam λαβεῖν est *intelligere* sermonem, et ἀποδείξασθαι *coram aliis sermonem profetre;* sic Xenophon *Memor.* Lib. IV, 4. 11. dicit ἀποδείκνυσθαι γνώμην *sententiam proferre:* quae conjectura, si cuidam minus placeat, certe λαβεῖν mutandum est in δοῦναι quod Plato habet: nam duorum λαβεῖν et ἀποδέξασθαι conjunctio ferri non potest. Varias nominis λόγου significationes diligenter exponit ipse Theon, *de Musica* Cap. XVIII. pag. 112 sq. et ita illud explicat, ut sit, διανοία ἄνευ φθόγγου καὶ τὸ μετὰ φωνῆς ῥεῦμα ἀπὸ διανοίας, quae scribens Theon fortasse ante oculos habuit Platonis verba *in Theaet.* pag. 206, D.

P. 11. Πάλιν τε ἐν τῷ ἐπινομίῳ. Exstrema, quam refert, Arithmetices commendatio ab eo proficiscitur, quod

quod ejus artis cognitio nos probos reddit, sapientes et pios. — Θεοῦ δῶρον, Non sunt verba Platonis, sed alium tamen Platonis locum *Epinom.* pag. 976, E. ante oculos habuisse videtur. De humana doctrina locutus, ait Plato, ἡ τὸν ἀριθμὸν δοῦσα παντὶ τῷ θνητῷ γένει τοῦτ' ἂν δράσειε, θεὸν δ' αὐτὸν μᾶλλον ἢ τινα τύχην ἡγοῦμαι δόντα ἡμῖν σώζειν ἡμᾶς. — σπουδαῖον γενέσθαι τινά. MS. Scaligeri pro τινά habet ἀνδρὰ, quod displicet, tamquam verosimiliter a Librario ortum. Sententiam sequentia confirmant, quae noster e Platonis *Epinomide* congessit, ad quorum extremum haec Platonis demonstrata sententia existit pag. 978, B. καὶ δεῖ τοῦθ' οὕτω διανοεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα τελευτήσειν. — Quae mox sequuntur εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν κ. τ. λ. Sunt iterum Platonis *in Epinom.* pag. 977, C. — 978, A. ita tamen pro suo more descripta, ut aut interdum mutentur nonnulla, aut saepius omittantur. — ζῶον δὲ ὅ τι sic scripsimus e Platone. Bullialdus ὅτι dederat. Potuit facile Librariorum incuria ἅ τι depravari in ὅτι, quare genuinum illud Platonis restituendum esse existimavimus.

Ὅταν ἀριθμητικῆς τις ἀμελῇ. Sic omnes libri habent praeter MS. Scaligeri, quod τῆς ἀριθμητικῆς scribit: sententia inanis. Nam quomodo omnia perdantur, si quis Arithmeticam neglexerit, non assequor. Vix credo illam maculam ab ipso Theone verbis illatam esse: Plato *Epinom.* pag. 977, E. scripserat ὅταν ἀριθμητικὴν τὶς ἀνέλῃ, quae sanam sententiam praebent, et pro vitiosa lectione restituenda esse videntur.

P. 12. Δόξειν ἂν ἴσως τισὶ βραχέως. Bullialdus pag. 10. in margine notavit, se in paginis aliquot, olim transscriptis a Cl. Viro Nic. Fabro, ita scriptum legere; δόξεις δ' ἂν ἴσως βραχέως. Plato, cujus verba sunt, sic

habet δόξειε δ' ἂν ἱκανῶς τισὶ βραχέων ἕνεκα ἀριθμοῦ. Fieri tamen potuit, ut Theon genuinum illud Platonis ἱκανῶς non in ἴσως mutaverit, quippe quod antiqui Codices habuisse videntur. Nam Ficinum sic legisse verosimile est, et Cornarius reponendum esse monuerat, quod Astius recepit, cujus *Animadversio ad Platonis locum* pag. 591. conferenda. — τὸ θεῖον τῆς γενέσεως. Bullialdus pag. 209. monet Platonem affirmare in hominum generatione numeri vim elucere, et Pythagoricos dierum numeros et mensium, in hominis procreatione, considerare. vid. *Theologum. Arithm.* Cap. VII. pag. 46. ibique Astii *Animadv.* pag. 188. Variae tamen de hominum generatione sententiae erant. Cff. Interpretes ad Auli Gellii *Noct. Attic.* Lib. III. Cap. 10.

Διαριθμουμένων. E Platone restituimus. Bullialdus MSStorum auctoritate ediderat δι' ἀριθμοῦ μετὰ, quae e Platonis participio, Librariorum negligentia, orta fuisse censeo. Miror tamen Bullialdum, qui pag. 207. Platonis verba adscripsit, de participio illo restituendo non cogitasse, sed conjecisse, forte legendum fore, δηλὸν ὅτι δεῖ εἶναι. Verba, restituta voce Platonica, sic intelligenda sunt, δηλὸν ὅτι δεῖ διαριθμεῖσθαι κίνησίν τε καὶ φθόγγους; Infinitivus in participium convertitur, quod cum nominibus κίνησιν et φθόγγους in genitivo ponitur, ut omnia a verbo δεῖ pendeant. Est haec Astii interpretatio, ad Platonis *Epinomidem* pag. 591, qui mox, pag. 592, monet, verbum διαριθμεῖσθαι *dinumerare*, aut *discernere* significare, citatis Platonis *Phaedr.* pag. 273, E. et *Gorgia* pag. 501, A. atque Scholiasta Ruhnkenii ad h. l. illud verbum per aliud διαλογίζεσθαι interpretante. Equidem ita locum accipio, *quum motus oporteat sonusque discernere Musicam omnem.* Vereor tamen, ut verba intel-

tellexerit Bullialdus pag. 207. animadvertens: « Musicam esse cum motu, nam aëris percussione fieri sonum et percussionem fieri cum motu; si ergo motus certa numerorum lege fiat, oritur ex illo sonus Harmoniae conveniens." Neque intelligo, cur tanta laudetur numeri efficacitas, si ille Musicam ne solus quidem, sed cum motu sonituque conjunctus, produceret. Plurimum tamen e Platonis sententia ad Arithmetices laudem et commendationem contulerit, si locum ad notissimum illud Pythagorae et Platonis placitum referamus, quo contenderent, Mundum ad harmoniam canere. Num quid sit Musica, e sententia Platonis, Theon infra docet Cap. II. pag. 24. dicens ἥ τις ἐστὶν ἐν τῇ κινήσει καὶ τάξει συμφωνία τῶν ἐν αὐτῷ (*lege* αὐτῷ, *nempe* κόσμῳ) κινουμένων ἄστρων. Itaque κίνησις et κινεῖν de Planetis dicuntur, et per μουσικὴν πᾶσαν verosimiliter intelligit ipsam harmoniam Mundi. Idem noster Theon laudatum Pythagorae placitum, de Planetarum concentu, memorans, in libello inedito *de Astronomia* Cap. XIII. *de Positione Planetarum*, plures Alexandri Aetoli profert versiculos, Stellarum errantium ordinem docentes, quo exposito, sic poëta canit:

πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι σύνοδον, (συνῳδὸν?)
ἁρμονίην στοιχοῦσι διαστάσει (διαστάσιν), ἄλλος ἐπ' ἄλλην.

quibus Theon subjungit; καὶ τοῦτο Πυθαγόρειον, τὸ καθ' ἁρμονίαν εἰρεσθαι τὸν κόσμον, καὶ κατὰ τοὺς τῶν ἡρμοσμένων καὶ συμφώνων φθόγγων λόγους διεστῶτα τὰ οὐράνια, τῇ ῥύμῃ καὶ τῷ τάχει τῆς φορᾶς ἡρμοσμένους, καὶ συμφώνους φθόγγους ἀποτελεῖν. Ceterum fuit ille Alexander Aetolus Pythagoreus, ut videtur, nescio an diversus, ab illo Alexandro Aetolo, cujus versiculos servant, Strabo *Geogr.* Lib. XII. pag. 818. et Lib. XIV. pag. 969. Tom. II. *Ed. Falcon.*

Au-

lus Gellius *Noct. Attic.* Lib. XV. Cap. 20, Parthenius *Eroticon* Cap. IV.

Ἐν δὲ τοῖς ἑφεξῆς. Nimirum Plato *Epinom.* pag. 989, B. Locus, qui sequitur inde ab ἔστιν ἔχον, corruptus. Sine dubio nonnulla de medio exciderunt: nulla est verborum sententia. Locum e Platone restituendum esse recte monuit Bullialdus. Fortasse ἔστιν ἔχον delenda sint, et cum Platone legendum μεῖζον μὲν γὰρ ἀρετῆς, ut habet versio Bullialdi. Fieri tamen potest Theonem aliud quid scripsisse: nam, quod supra jam monuimus, verba Platonis Theon non ita describere solet, ut ubique ad illorum fidem Theonis lectio emendari possit. — θνητῷ γένει. Sic omnes libri scripti habent, si unum Thuani excipias, γενητῷ γένει legentem, quem sequitur Bullialdus.

P. 13. Αἰσθητῶν Θεῶν. Cleomedes *Meteor.* Lib. II. Cap. 4. pag. 128. *Edit. Bakii*, ὅτε ἐπὶ μιᾶς εὐθείας γίνεται τὰ κέντρα τῶν Θεῶν quo loco Cl. Bake maluit τῶν ἀστέρων. Conf. ad hunc locum Balforeus plura veterum loca citans, et in iis Plutarchum *de Placit. Phil.* Lib. I. Cap. 6, docentem, Veteres stellas omnes ἀπὸ τοῦ θεῖν, θεοὺς appellasse.

Ὅτι σοφώτατον ἀνάγκη κ. τ. λ. Sunt iterum verba Platonis *in Epinom.* pag. 990, A. Non laudatur ea Astronomiam pertractandi ratio, qua ortus et occasus Stellarum observantur, quibus observationibus, velut argumentis usu (πράξει) confirmatis, superstruatur ipsa ratio (θεωρία) Astronomica. Sed aliam in Astronomia viam ingredi jubet, quam ducere credebant ad doctrinam de orbitis et circumversionibus planetarum. Hoc sive Pythagorae, sive Platonis placitum, dici vix potest quantum Astronomices disciplinae nocuerit: quae misere afflicta ja-

jacuit, usque ad Ptolemaei Mathematici aetatem: qui ipsam veritatem non quidem assecutus est, sed quem admirantur, utpote, singulari quodam ingenii acumine, Astronomiae theoriam, plenam erroribus, ad naturae simplicitatem exigere cupientem. — δυσμάς τε καὶ ἀνατολάς. Utrumque nomen pluraliter dici solet; Herodótus Lib. I. Cap. 201, Xenophon *Hist. Graec.* Lib. V. Cap. I. §. 7, Polybius Lib. II. Cap. 14, Apollodorus *Bibl.* Lib. I. Cap. 4. §. 5. Plura de eo nomine et verbo ἀνατέλλειν notavit Valckenarius *Select. Schol. in N. T.* Vol. I. pag. 63. Aristoteles *de Mundo* Cap. IV. pag. 468, C. Ventorum nomina, coelique plagas describens, ἀνατολὰς in θερινὰς, in ἰσημερινὰς et in χειμερινὰς distinguit. Noster Theon in Libello inedito *de Astronomia* Cap. XII, disserens, quotuplici sensu dicatur ἀνατολὴ, docet: esse illam, ut vulgo homines loquuntur ἥλιου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἡ πρώτη ἀναφορὰ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα, *primam Solis et stellarum adscensionem supra finientem.* Tum alteram tradit nominis significationem, *primae lucis a Solis radiis matutino tempore ortae:* ἡ πρώτη φαῦσις ἐκ τῶν τοῦ ἡλίου αὐγῶν. Denique ἀνατολὴν ita explicat, ut sit vespertina ortus, quae est stellarum, quae Sole occaso eique e regione positae, in Oriente observantur: λοιπὴ δὲ ἡ καλουμένη ἀκρόνυχος, ἐπειδὰν ἡλίου δύνοντος τὸ κατὰ διάμετρον ἄστρον ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς βλέπεται· καλεῖται δὲ ἀκρόνυχος, ἐπειδὴ ἡ τοιαύτη ἀνατολὴ γίνεται ἄκρας νυκτὸς, τουτέστιν ἀρχομένης· παραπλησίως δὲ καὶ δύσις, in quorum initio, aut ἐπειδὰν mutandum in ἐπειδὴ, aut pro βλέπεται legendum βλέπηται.

Τὰς περιόδους τῶν ἑπτὰ. Pro signo numeri ζ, quod libri MSS. habent, e Platone ἑπτὰ reposuimus. Ceterum locus, quem Theon mutavit, in Platonis *Epinom.*

pag. 990, A. ita legitur; *τὸν τῶν ὄκτω περιόδων τὰς ἑπτὰ περιόδους*, quae verba probabiliter explicat Astius *Animadv.* pag. 612. monens, duplici significatione Platonem h. l. *περιόδον* dicere; hac *orbis*, quales octo statuit Plato, septem scilicet planetarum, et octavum, supremum illum orbem, quo stellae inerrantes continentur; illa *circuitus* aut *viae*, in qua planetae progrediuntur, quae huic nomini apud Theonem similiter tribuenda est. Hi septem Planetae fuerunt Luna, Sol, Mercurius, Venus, Mars, Jupiter, Saturnus. Conff. Plato *in Timaeo* pag. 38, *de Legib.* VII. pag. 821, B, C, Plutarchus *de Placit. Phil.* Lib. II. Cap. 15. pag. 889, B, Aristoteles *de Mundo* Cap. II. pag. 465, F, Proclus *in Timaeum* Lib. IV. pag. 257. et Balforeus et Cl. Bake *ad Cleom.* pag. 305 sq. Astius ad *Theologum. Arithm.* pag. 183. Noster autem Theon, in libello inedito *de Astronomia*, Cap. XIII. *de positione planetarum* sententiam quorumdam Pythagoreorum, his verbis tradit; *τινὲς μὲν τῶν Πυθαγορείων τοιῶνδε νομίζουσι, προσγειοτατὸν μὲν εἶναι τὸν τῆς σελήνης κύκλον· δεύτερον ὑπὲρ τοῦτον Ἑρμοῦ· ἔπειτα τὸν τοῦ φωσφόρου, καὶ τέταρτον τὸν ἡλίου· εἶτα τὸν τοῦ Ἄρεως· ἔπειτα τὸν τοῦ Διός· τελευταῖον δὲ καὶ σύνεγγυς τοῖς ἀπλανέσι τὸν τοῦ Κρόνου· μέσον εἶναι βουλόμενοι τὸν τοῦ ἡλίου τῶν πλανωμένων, ὡς ἡγεμονικωτάτου, καὶ οἷον καρδίαν τοῦ πάντος. κ. τ. λ.* Qui locus plurima Astronomiae veteris Capita egregie explicat.

Φύσεις οἵας δυνατὸν πολλὰς. Plato *in Epinom.* pag. 990, C. habet *δι' ἃς δυνατὸν πολλά*. Sed *οἵας* etiam scribi, notarunt Stephanus et Astius ad hunc locum pag. 612. MS. Scaligeri habet *φύσις οἵα δυνατὸν πολλὰς*. Utramque lectionem MS. Thuani et MS. Scaligeri improbo. Platonis lectionem recipere mallem, siquidem satis idonea ra-

ratio emendationem probaret: versionem ad ejus lectionis sententiam mutavimus.

P. 14. Ἀριθμὸν αὐτῶν. Quinam numeri intelligendi sint, vide quae notavimus supra pag. 101, Astii rationibus laudatis. — αὐτῆς τῆς τοῦ περιττοῦ. Bullialdus, pag. 208, animadvertit, Pythagoricos docuisse, numeros pares et impares ad rerum naturam pertinere eosque numeros uti ad rerum explicationem; Conff. Theon infra Cap. V. pag. 32. Aristoteles *Metaph.* Lib. I. Cap. 5. Proclus *Theol. Platon.* Lib. I. Cap. 4. vid. quae diximus supra in *Praenom.* Cap. III. §. 4. pag. LII. — πρὸς τὴν τῶν ἐπιπέδων μοῖραν. Recte Astius ad hunc locum, qui est in Platonis *Epinom.* pag. 990, D, *Animadv.* pag. 613. notavit, radices intelligi numerorum imperfecte quadratorum, sive eorum, qui irrationales dicuntur, et qui, per spatium quod efficiunt τῷ ἐπιπέδῳ ὃ δύνανται (Plato *Theaet.* pag. 148, B.) mensurari possunt, cf. Heindorfius *ad Theaet.* l. c. pag. 302. Hinc Geometria dicitur διὰ λόγους ἀριθμῶν κ. τ. λ. — λέγει δὲ τίνα καὶ ἐτέραν ἐμπειρίαν. Refert potius, quam describat, Platonis *Epinom.* pag. 990, D. μετὰ δὲ ταύτην τοὺς τρεῖς κ. τ. λ, quae conferre operae pretium erit.

Καὶ ἐν πολιτείᾳ. Ab hoc inde loco perfecti Musici dotes et musicae artis praestantiam et utilitatem explicat, relato Platonis commento, solum philosophum esse Musicum. Sed Theonem memoria fefellisse videtur, perperam Platonis verba citantem: nam, quae e Platone expressa sunt, καλλίστη καὶ μεγίστη κ. τ. λ. non sunt e libris de Republica Platonis, sed locus est *de Leg.* Lib. III. pag. 689, D. quocum cf. Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 157. — ὅτι μόνος μουσικὸς ὁ φιλόσοφος. Nempe quoniam ipsa virtus et sapientia continentur quasi Mu-

sicae concentu. Saepe ejus placiti meminit Plato, veluti *Phaedr.* pag. 248, D; *de Republ.* VIII. pag. 548, B; *in Lachet.* pag. 188, C; *in Phaedone* pag. 61, A, ubi videantur Wyttenbachius pag. 127. et Heindorfius pag. 20. Bullialdus, ad hunc Theonis locum, citavit, pag. 210. Quintilian. *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 8. et Scholiasta Aristophanis *ad Equitum* vs. 188, scribens pag. 297; ὅτι μουσικὴν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησίν· γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Cf. Quintilianus *Inst. Orat.* I. 7. τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν Latine *orbem doctrinae* appellans.

Ἆρ' οὖν πρὸς Θεῶν κ. τ. λ. Locus est Platonis *de Republ.* Lib. III, pag. 402, B. satis, ut Theon solet, in singulis mutatus, longior tamen, quam qui adscribatur: signum posuimus post οὕτως. Platonis verba sunt ἆρ' οὖν ὃ λέγω πρὸς Θεῶν οὕτως, *per Deos quod dico sic est;* nempe quemadmodum eum elementa noscere oporteret, qui Grammaticus esse velit, et sicuti imagines literarum, vel in speculis vel in aquis expressae, distincte agnosci non possint, nisi ab eo, qui ipsas literas cognitas haberet; sic non prius aliquem musicum fore, quam temperantiam, fortitudinem, liberalitatem, magnificentiam, ceterasque virtutes susceperit, quae virtutis quasi elementa sunt Musices.

P. 15. Φύλακας nempe, ut recte monet Bullialdus pag. 211, τοὺς ἄρχοντας *magistratus*, quippe qui sunt custodes multitudinis. — Mox εἴδη scripsimus pro εἶδε, ex auctoritate Codd. Reg. — De dictione ὅσα τούτων ἀδελφὰ monuimus supra pag. 105: γνωρίζωμεν e Platone recipere maluimus, quam corruptius cum MSS. χωρίζωμεν scribere, quod non respondet sequentibus pag. 16. καὶ ἐλευθεριότητος καὶ σωφροσύνης εἴδη μὴ γνωρίζοντα, quibus Theon Platonem commentatur. — In extremis ver-

verbis Platonis recepimus οἴωμεθα e Codd. Regiis et Platone, pro εἰσόμεθα, quod Bullialdus edidit.

Διὰ τούτων καὶ τῶν πρὸ αὐτῶν. *His et antecedentibus*: nimirum Theon nunc suis verbis exponit Platonis disputationem, comprehensam cum eo loco, quem modo ante adscripsit, tum iis, quae antecedunt, non a Smyrnaeo ad verbum relata, et quae leguntur in Platonis *de Republ.* Lib. III. inde a pag. 398, C, usque ad pag. 402, B. — καὶ ἄμουσος δὲ ὁ κακὸς absunt a MS. Scaligeri, sed Cod. Reg. 3. omittit καὶ. Ceterum hoc loco Theon Smyrnaeus longiorem Platonis l. c. partim interpretatur, partim disputationis Platonicae summam breviter refert. — τῇ μὲν γὰρ εὐηθείᾳ. Haec Platonis locum explicant *de Republ.* III, pag. 400, E. qui omnino conferatur. Quid intersit inter ἁρμονίαν et ῥυθμὸν vid. Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 126.

P. 16. Τῇ κακοηθείᾳ, τουτέστι τῷ κακῷ ἤθει. Recepimus τῷ e Codd. Regiis. Verba interpretantur locum Platonis *de Republ.* Lib. III. pag. 401, A. Ceterum, quod paulo inferius legitur, adjectivum εὐήθης in utramque partem usurpatur, ita ut et *stultum* et *bonum* significet, vide Hemsterhusium ad Luciani *Colloq. selecta* pag. 101. et Ruhnken. *ad Timaeum in voce* ἡδύς. pag. 131. Quae mox leguntur δηλοῖ δὲ καὶ τὰ εἰρημένα, nempe antecedentia, quae Theon dixerat, sunt recta. Male Codd. Regii δηλοῖ κατὰ εἰρημένα, quasi ad Platonem, non ad ipsa Theonis verba referenda essent. — ἐπεὶ γὰρ μουσικὴ. Iterum Platonem explicat *de Republ.* Lib. III. pag. 401, E. sq.

Ἀδύνατόν φησι κ. τ. λ. Illustrata Platonis disputatione, quae locum praecedit, quem paulo ante ad verbum retulit Smyrnaeus, nunc accedit ad ea interpre-

tanda, quae e Platone *de Republ.* pag. 402, B. transscripsit. — εἴδη μὴ γνωρίζοντα. Respondent verbis Platonis a Theone supra expressis, γνωρίζωμεν καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας κ. τ. λ. quae nunc explicantur; εἴδη nempe sunt αὐτὰ, ad quorum exempla εἰκόνες adsimulantur: εἴδη appellat ἰδέας, ut interdum Plato, partim promiscue partim distincte utraque voce utens, vid. Wyttenbachium *ad Phaed.* pag. 270. — ἀμέλει ἐπιφέρει. *Nempe addit* Plato alia εἴδη ἐν πάντι περιφερόμενα, quae Plato, loco a Theone superius ad verbum relato, distinxerat καὶ ὅσα . . . ὑπεναντία περιφερόμενα.

P. 17. Εἰκόνες τῆς ὄντως εὐσχημοσύνης κ. τ. λ. Sic scripsimus auctoritate MSS. Bullialdus perperam ediderat εἰκόνος ad fidem MS. Thuani.

Καὶ οἱ Πυθαγορικοί. Notissima res est, Platonem cum Socratem expressisset, adjunxisse Pythagoreorum doctrinam. Cicero *de Fin.* Lib. V. Cap. 29, apud quem Ciceronem *de Republ.* Lib. I. Cap. 10, conferatur Scipio, confutans Tuberonis opinionem, nempe Socratem omnem istam disputationem de natura non rejecisse, neque tantum de vita et moribus quaerere solitum fuisse. Sed non eorum sententia probanda est, qui, Socratem non nisi de moribus disputasse, existiment. — τὴν μουσικὴν φασιν. Est definitio Pythagorica, similiter Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 19. pag. 113. ἁρμονία δὲ πάντως ἐξ ἐναντίων γίνεται· ἔστι γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἕνωσις καὶ διχοφρονούντων συμφρόνησις; ad quem locum Astius pag. 299. hunc Theonis citat, et alium Jamblichi *in Nicom. Arithm.* pag. 103, B. εἴγε συναρμογά (*l.* συναρμογή) τίς ἐστι καὶ ἕνωσις τῶν διχοφωνεόντων (*l.* διχοφρονούντων) καὶ τῇ (*l.* τῶν) φύσει πολεμίων ἁρμονία κατὰ τοὺς Πυθαγορείους καὶ τοὺς ἄλλους. Alium Nicomachi commentatorem, nempe As-

Asclepium Philosophum, citat Bullialdus, pag. 212. scribentem; ὅτι δὴ ἡ ἁρμονία ἐξ ἐναντίων σύγκειται οἱ Πυθαγόριοι (*l.* Πυθαγόρειοι) δηλοῦσι· φασὶ γὰρ ὅτι ἁρμονία ἐστὶ πολυμιγέων καὶ διχαφρονεόντων (*l.* διχοφρονούντων) ἕνωσις. Ceterum in Theonis textu, recepta Astii emendatione, *in Animadv. ad Nicomachum* pag. 299. proposita, διχοφρονούντων scripsimus pro διχὰ φρονούντων, quod Bullialdus edidit. — οὐ γὰρ ῥυθμῶν μόνων. Bullialdus pag. 212. haec notavit: « Harmonia non solos rythmos contemplatur, sed per omnia diffunditur, et, omnibus compositis, aptum concinnumque ordinem conciliat, ita ἐν συστήματι mundi, calida frigidis, humida siccis, harmonia mediante, miscentur. » Sed potius ad hunc Theonis locum conferenda sunt verba Aristidis Quintiliani in praefatione de Musica ad Eusebium et Florentium, quae verba Bullialdus, paulo infra pag. 214, ad Smyrnaei dictionem ἔτι καὶ ἀριστοκρατία τοῦ πάντος illustrandam, adduxit: qui Aristidis Quintiliani locus proprie huc pertinet. Verba sunt; τὸ μέγιστον δὴ καὶ τελεώτατον, καὶ περὶ τοῦ δυσκαταλήπτου πᾶσιν ἀνθρώποις ψυχῆς τῆς τε καθ' ἕκαστον, ἥδυ δὲ καὶ τῆς τοῦ παντὸς λόγους ἔχουσα παρασχέσθαι, μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ θεῖον λόγος ἀνδρὸς σοφοῦ Πανάκεω (*An* Πανάκμεω? *Cf. Fabricii Bibl. Gr. T. I. pag.* 512.) τοῦ Πυθαγορείου, δέ φησιν ἔργον εἶναι μουσικῆς, οὐ τὰ φωνῆς μέρη μόνον συνιστᾶν πρὸς ἀλλήλα, ἀλλὰ πανθ' ὅσα φύσιν ἔχει συνάγειν τε καὶ συναρμόττειν. — καὶ ὁ θεὸς συναρμοστὴς. Nempe Deus contrariorum compactor erat, qui contraria elementa ita miscuit, ut exinde pulcherrima compositio orta sit. Longam Bullialdi annotationem repetere non opus est, quippe quae Platonis doctrinam non magnopere illustrat.

Καὶ τοῦτο τὸ μέγιστον ἔργον Θεοῦ. Recepimus τὸ auctoritate Codd. Regiorum. *Maximum illud Dei opus*

opus est ex Musicae et Medicinae artibus inimica amica facere. — κατὰ μουσικὴν inimica Deus reddit amica: nam Divina facultas ex elementis contrariis rerum universitatem ita copulavit, ut Harmoniae simillima sit, quae Harmonia etiam e dissonantiis oriri solet. — κατὰ ἰατρικήν. Nempe Plato Medicam artem Musicae comparabat, quae ad perfectam harmoniam corpus adduceret humanum: vid. Timaeus Locrus *de Anim. Mund.* pag. 104, A. Platonis *Sympos.* 188, B. quem locum respexit Max. Tyr. *Diss.* XXXIX. Cap. 2. Cf. locus Hippocratis *de Flatibus* pag. 296. *Ed. Foës.*, quem ad Platonis *Sympos.* l. c. Wolfius pag. 39. et Astius pag. 301 sq. laudarunt. Bullialdus pag. 213. Platonicam Theonis sententiam illustrat, verbis Quintiliani *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 8. adscriptis.

Ἐν κόσμῳ ἁρμονία. Similiter Hippodamus Thurius, Pythagoreus, apud Stobaeum *Serm.* Cap. I. ἔστι γὰρ ἃ μὲν ἁρμονία ἀρετὰ κόσμῳ, ἃ δ' εὐδαιμονία ἀρετὰ πόλιος. In eandem fere sententiam prolabitur Laelius, apud Ciceronem *de Republ.* Lib. II. Cap. 42. Nec mirum: nam virtutem harmoniam esse, Platonis fuit placitum. Cf. Wyttenbachius *ad Phaed.* pag. 127.

P. 18. Ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ. Hic locus versatur in Constantiae commendatione: Musica enim et Gymnastica puerorum animos praeparandos esse, docet, priusquam philosophia imbuantur, eaque philosophia animi perturbationes ita subigi, ut nec voluptas, nec dolor illos a virtute revocare queat, qui revera sunt philosophi. — τὴν ὀρθὴν δόξαν κ. τ. λ. Sunt iterum verba Platonis *de Republ.* Lib. IV. pag. 429, C. hic et illic adulterata: nimirum existimavit Plato fortitudinem conservationem quamdam esse, σωτηρίαν ἔγωγ', εἶπον, λέγω τινὰ εἶναι τὴν ἀν-

ἀνδρείαν. Hujus conservationis nunc imaginem affert a lanarum tinctoribus desumtam. —— οἱ νῦν βαφεῖς. Sententia valde celebrata est apud veteres, quos mira doctrinae copia contulit Ruhnkenius, Vir. Cel., ad Timaei *Lexicon* pag. 76 sq., cujus annotationem nonnullis auxit Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 133, ita ut ineptum esset, has locorum indicationes nunc repetere. Sed illud tamen non omittendum est, Ruhnkenium monuisse, locum Platonis, a Theone expressum, verosimiliter ad imitationem loci, in Epistola Lysidis Pythagorei, apud Jamblichum *de Vita Pythag.* pag. 68: quidni ipsa verba adscribam? καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστιν ψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γενησομέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρασκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τῆς φιλοσοφίας ἐρασθέντων. Quomodo textum e Platone emendavimus, vide in lectionis diversitate. Quae inter alia in Codd. leguntur ὁμοῦ τε τὸ βαφὲν, καὶ ἡ φύσις partim e Platone supplenda, et emendanda esse monuimus, ita ut legatur δευτοποιὸν γίγνεται βαφὲν, quae in textu scribere non ausus sum: partim voce φύσις in πλύσις mutata, emendavimus; nimirum non dubito, quin librarii minus diligentes πλύσιν in φύσιν mutare potuerint. — ἃ δὲ ἂν μὴ nempe τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, *quae illo tingendi modo non tinguntur*; sequitur parenthesis οἷσθα οἷα δὴ γίγνεται, ἂν μὴ προθεραπεύσας βάπτῃ, *scis qualia sint, si quis non praeparans tingat.* Mutavit nempe Theon Platonis verba, ἃ δὲ ἂν μὴ οἶσθα οἷα γίγνεται ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν τε καὶ ταῦτα μὴ προθεραπεύσας.

P. 19. Καὶ γράμμασι καὶ γεωμετρίᾳ καὶ ἐν ἀριθμητικῇ. Verba apud Platonem non leguntur. Un-

pag. 990, A. ita legitur; *τὸν τῶν ὄκτω περιόδων τὰς ἑπτὰ περιόδους*, quae verba probabiliter explicat Astius *Animadv.* pag. 612. monens, duplici significatione Platonem h. l. *περιόδον* dicere; hac *orbis*, quales octo statuit Plato, septem scilicet planetarum, et octavum, supremum illum orbem, quo stellae inerrantes continentur; illa *circuitus* aut *viae*, in qua planetae progrediuntur, quae huic nomini apud Theonem similiter tribuenda est. Hi septem Planetae fuerunt Luna, Sol, Mercurius, Venus, Mars, Jupiter, Saturnus. Conff. Plato *in Timaeo* pag. 38, *de Legib.* VII. pag. 821, B, C, Plutarchus *de Placit. Phil.* Lib. II. Cap. 15. pag. 889, B, Aristoteles *de Mundo* Cap. II. pag. 465, F, Proclus *in Timaeum* Lib. IV. pag. 257. et Balforeus et Cl. Bake *ad Cleom.* pag. 305 sq. Astius ad *Theologum. Arithm.* pag. 183. Noster autem Theon, in libello inedito *de Astronomia*, Cap. XIII. *de positione planetarum* sententiam quorumdam Pythagoreorum, his verbis tradit; *τινὲς μὲν τῶν Πυθαγορείων τοιῶνδε νομίζουσι, προσγειοτατὸν μὲν εἶναι τὸν τῆς σελήνης κύκλον· δεύτερον ὑπὲρ τοῦτον Ἑρμοῦ· ἔπειτα τὸν τοῦ φωσφόρου, καὶ τέταρτον τὸν ἡλίου· εἶτα τὸν τοῦ Ἄρεως· ἔπειτα τὸν τοῦ Διός· τελευταῖον δὲ καὶ σύνεγγυς τοῖς ἀπλανέσι τὸν τοῦ Κρόνου· μέσον εἶναι βουλόμενοι τὸν τοῦ ἡλίου τῶν πλανωμένων, ὡς ἡγεμονικωτάτου, καὶ οἷον καρδίαν τοῦ πάντος. κ. τ. λ.* Qui locus plurima Astronomiae veteris Capita egregie explicat.

Φύσεις οἵας δυνατὸν πολλὰς. Plato *in Epinom.* pag. 990, C. habet *δι' ἃς δυνατὸν πολλά*. Sed *οἵας* etiam scribi, notarunt Stephanus et Astius ad hunc locum pag. 612. MS. Scaligeri habet *φύσις οἵα δυνατὸν πολλὰς*. Utramque lectionem MS. Thuani et MS. Scaligeri improbo. Platonis lectionem recipere mallem, siquidem satis idonea ra-

ratio emendationem probaret: versionem ad ejus lectionis sententiam mutavimus.

P. 14. Ἀριθμῶν αὐτῶν. Quinam numeri intelligendi sint, vide quae notavimus supra pag. 101, Astii rationibus laudatis. — αὐτῆς τῆς τοῦ περιττοῦ. Bullialdus, pag. 208, animadvertit, Pythagoricos docuisse, numeros pares et impares ad rerum naturam pertinere eosque numeros uti ad rerum explicationem; Conff. Theon infra Cap. V. pag. 32. Aristoteles *Metaph.* Lib. I. Cap. 5. Proclus *Theol. Platon.* Lib. I. Cap. 4. vid. quae diximus supra in *Praenom.* Cap. III. §. 4. pag. LII. — πρὸς τὴν τῶν ἐπιπέδων μοῖραν. Recte Astius ad hunc locum, qui est in Platonis *Epinom.* pag. 990, D, *Animadv.* pag. 613. notavit, radices intelligi numerorum imperfecte quadratorum, sive eorum, qui irrationales dicuntur, et qui, per spatium quod efficiunt τῷ ἐπιπέδῳ ὃ δύνανται (Plato *Theaet.* pag. 148, B.) mensurari possunt, cf. Heindorfius *ad Theaet.* l. c. pag. 302. Hinc Geometria dicitur ὁμόλωσις ἀριθμῶν κ. τ. λ. — λέγει δὲ τινα καὶ ἑτέραν ἐμπειρίαν. Refert potius, quam describat, Platonis *Epinom.* pag. 990; D. μετὰ δὲ ταύτην τοὺς τρεῖς κ. τ. λ, quae conferre operae pretium erit.

Καὶ ἐν πολιτείᾳ. Ab hoc inde loco perfecti Musici dotes et musicae artis praestantiam et utilitatem explicat, relato Platonis commento, solum philosophum esse Musicum. Sed Theonem memoria fefellisse videtur, perperam Platonis verba citantem: nam, quae e Platone expressa sunt, κάλλιστη καὶ μεγίστη κ. τ. λ. non sunt e libris de Republica Platonis, sed locus est *de Leg.* Lib. III. pag. 689, D. quocum cf. Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 157. — ὅτι μόνος μουσικὸς ὁ φιλόσοφος. Nempe quoniam ipsa virtus et sapientia continentur quasi Mu-

sicae concentu. Saepe ejus placiti meminit Plato, veluti *Phaedr.* pag. 248, D; *de Republ.* VIII. pag. 548, B; *in Lachet.* pag. 188, C; *in Phaedone* pag. 61, A, ubi videantur Wyttenbachius pag. 127. et Heindorfius pag. 20. Bullialdus, ad hunc Theonis locum, citavit, pag. 210. Quintilian. *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 8. et Scholiasta Aristophanis *ad Equitum* vs. 188, scribens pag. 297; ὅτι μουσικὴν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησίν· γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Cf. Quintilianus *Inst. Orat.* I. 7. τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν Latine *orbem doctrinae* appellans.

Ἆρ' οὖν πρὸς Θεῶν κ. τ. λ. Locus est Platonis *de Republ.* Lib. III, pag. 402, B. satis, ut Theon solet, in singulis mutatus, longior tamen, quam qui adscribatur: signum posuimus post οὕτως. Platonis verba sunt ἆρ' οὖν ὃ λέγω πρὸς Θεῶν οὕτως, *per Deos quod dico sic est;* nempe quemadmodum eum elementa noscere oporteret, qui Grammaticus esse velit, et sicuti imagines literarum, vel in speculis vel in aquis expressae, distincte agnosci non possint, nisi ab eo, qui ipsas literas cognitas haberet; sic non prius aliquem musicum fore, quam temperantiam, fortitudinem, liberalitatem, magnificentiam, ceterasque virtutes susceperit, quae virtutis quasi elementa sunt Musices.

P. 15. Φύλακας nempe, ut recte monet Bullialdus pag. 211, τοὺς ἄρχοντας *magistratus*, quippe qui sunt custodes multitudinis. — Mox εἴδη scripsimus pro εἴδῃ, ex auctoritate Codd. Reg. — De dictione ὅσα τούτων ἀδελφὰ monuimus supra pag. 105: γνωρίζωμεν e Platone recipere maluimus, quam corruptius cum MSS. χωρίζωμεν scribere, quod non respondet sequentibus pag. 16. καὶ ἐλευθεριότητος καὶ σωφροσύνης εἴδη μὴ γνωρίζοντα, quibus Theon Platonem commentatur. — In extremis ver-

verbis Platonis recepimus οἴωμεθα e Codd. Regiis et Platone, pro εἰσόμεθα, quod Bullialdus edidit.

Διὰ τούτων καὶ τῶν πρὸ αὐτῶν. *His et antecedentibus*: nimirum Theon nunc suis verbis exponit Platonis disputationem, comprehensam cum eo loco, quem modo ante adscripsit, tum iis, quae antecedunt, non a Smyrnaeo ad verbum relata, et quae leguntur in Platonis *de Republ.* Lib. III. inde a pag. 398, C, usque ad pag. 402, B. — καὶ ἄμουσος δὲ ὁ κακὸς absunt a MS. Scaligeri, sed Cod. Reg. 3. omittit καὶ. Ceterum hoc loco Theon Smyrnaeus longiorem Platonis l. c. partim interpretatur, partim disputationis Platonicae summam breviter refert. — τῇ μὲν γὰρ εὐηθείᾳ. Haec Platonis locum explicant *de Republ.* III, pag. 400, E. qui omnino conferatur. Quid intersit inter ἁρμονίαν et ῥυθμὸν vid. Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 126.

P. 16. Τῇ κακοηθείᾳ, τουτέστι τῷ κακῷ ἤθει. Recepimus τῷ e Codd. Regiis. Verba interpretantur locum Platonis *de Republ.* Lib. III. pag. 401, A. Ceterum, quod paulo inferius legitur, adjectivum εὐήθης in utramque partem usurpatur, ita ut et *stultum* et *bonum* significet, vide Hemsterhusium ad Luciani *Colloq. selecta* pag. 101. et Ruhnken. *ad Timaeum in voce* ἡδύς. pag. 131. Quae mox leguntur δηλοῖ δὲ καὶ τὰ εἰρημένα, nempe antecedentia, quae Theon dixerat, sunt recta. Male Codd. Regii δηλοῖ κατὰ εἰρημένα, quasi ad Platonem, non ad ipsa Theonis verba referenda essent. — ἐπεὶ γὰρ μουσικὴ. Iterum Platonem explicat *de Republ.* Lib. III. pag. 401, E. sq.

Ἀδύνατόν φησι κ. τ. λ. Illustrata Platonis disputatione, quae locum praecedit, quem paulo ante ad verbum retulit Smyrnaeus, nunc accedit ad ea interpre-

tanda, quae e Platone *de Republ.* pag. 402, B. transscripsit. — εἴδη μὴ γνωρίζοντα. Respondent verbis Platonis a Theone supra expressis, γνωρίζωμεν καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας κ. τ. λ. quae nunc explicantur; εἴδη nempe sunt αὐτὰ, ad quorum exempla εἰκόνες adsimulantur: εἴδη appellat ἰδέας, ut interdum Plato, partim promiscue partim distincte utraque voce utens, vid. Wyttenbachium *ad Phaed.* pag. 270. — ἀμέλει ἐπιφέρει. *Nempe addit* Plato alia εἴδη ἐν πάντι περιφερόμενα, quae Plato, loco a Theone superius ad verbum relato, distinxerat καὶ ὅσα . . . ὑπεναντία περιφερόμενα.

P. 17. Εἰκόνες τῆς ὄντως εὐσχημοσύνης κ. τ. λ. Sic scripsimus auctoritate MSS. Bullialdus perperam ediderat εἰκόνος ad fidem MS. Thuani.

Καὶ οἱ Πυθαγορικοί. Notissima res est, Platonem cum Socratem expressisset, adjunxisse Pythagoreorum doctrinam. Cicero *de Fin.* Lib. V. Cap. 29, apud quem Ciceronem *de Republ.* Lib. I. Cap. 10, conferatur Scipio, confutans Tuberonis opinionem, nempe Socratem omnem istam disputationem de natura non rejecisse, neque tantum de vita et moribus quaerere solitum fuisse. Sed non eorum sententia probanda est, qui, Socratem non nisi de moribus disputasse, existiment. — τὴν μουσικὴν φάσιν. Est definitio Pythagorica, similiter Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 19. pag. 113. ἁρμονία δὲ πάντως ἐξ ἐναντίων γίνεται· ἔστι γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἕνωσις καὶ διχοφρονούντων συμφρόνησις; ad quem locum Astius pag. 299. hunc Theonis citat, et alium Jamblichi *in Nicom. Arithm.* pag. 103, B. εἴγε συναρμογά (*l.* συναρμογή) τίς ἐστι καὶ ἕνωσις τῶν διχοφωνεόντων (*l.* διχοφρονούντων) καὶ τῇ (*l.* τῶν) φύσει πολεμίων ἁρμονία κατὰ τοὺς Πυθαγορείους καὶ τοὺς ἄλλους. Alium Nicomachi commentatorem, nempe

As-

Asclepium Philosophum, citat Bullialdus, pag. 212. scribentem; ὅτι δὴ ἡ ἁρμονία ἐξ ἐναντίων σύγκειται οἱ Πυθαγόριοι (*l.* Πυθαγόρειοι) δηλοῦσι· φασὶ γὰρ ὅτι ἁρμονία ἐστὶ πολυμιγέων καὶ διχαφρονεόντων (*l.* διχοφρονούντων) ἕνωσις. Ceterum in Theonis textu, recepta Astii emendatione, in *Animadv. ad Nicomachum* pag. 299. proposita, διχοφρονούντων scripsimus pro διχὰ φρονούντων, quod Bullialdus edidit. — οὐ γὰρ ῥυθμῶν μόνων. Bullialdus pag. 212. haec notavit: « Harmonia non solos rythmos contemplatur, sed per omnia diffunditur, et, omnibus compositis, aptum concinnumque ordinem conciliat, ita ἐν συστήματι mundi, calida frigidis, humida siccis, harmonia mediante, miscentur. » Sed potius ad hunc Theonis locum conferenda sunt verba Aristidis Quintiliani in praefatione de Musica ad Eusebium et Florentium, quae verba Bullialdus, paulo infra pag. 214, ad Smyrnaei dictionem ἔτι καὶ ἀριστοκρατία τοῦ πάντος illustrandam, adduxit: qui Aristidis Quintiliani locus proprie huc pertinet. Verba sunt; τὸ μέγιστον δὴ καὶ τελεώτατον, καὶ περὶ τοῦ δυσκαταλήπτου πᾶσιν ἀνθρώποις ψυχῆς τῆς τε καθ' ἕκαστον, ἥδυ δὲ καὶ τῆς τοῦ παντὸς λόγους ἔχουσα παρασχέσθαι, μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ θεῖον λόγος ἀνδρὸς σοφοῦ Πανάκεω (*An* Πανάκμεω? *Cf. Fabricii Bibl. Gr. T. I. pag.* 512.) τοῦ Πυθαγορείου, δέ φησιν ἔργον εἶναι μουσικῆς, οὐ τὰ φωνῆς μέρη μόνον συνιστᾶν πρὸς ἀλλήλα, ἀλλὰ πανθ' ὅσα φύσιν ἔχει συνάγειν τε καὶ συναρμόττειν. — καὶ ὁ θεὸς συναρμοστὴς. Nempe Deus contrariorum compactor erat, qui contraria elementa ita miscuit, ut exinde pulcherrima compositio orta sit. Longam Bullialdi annotationem repetere non opus est, quippe quae Platonis doctrinam non magnopere illustrat.

Καὶ τοῦτο τὸ μέγιστον ἔργον Θεοῦ. Recepimus τὸ auctoritate Codd. Regiorum. *Maximum illud Dei opus*

opus est ex Musicae et Medicinae artibus inimica amica facere. — κατὰ μουσικὴν inimica Deus reddit amica: nam Divina facultas ex elementis contrariis rerum universitatem ita copulavit, ut Harmoniae simillima sit, quae Harmonia etiam e dissonantiis oriri solet. — κατὰ ἰατρικήν. Nempe Plato Medicam artem Musicae comparabat, quae ad perfectam harmoniam corpus adduceret humanum: vid. Timaeus Locrus *de Anim. Mund.* pag. 104, A. Platonis *Sympos.* 188, B. quem locum respexit Max. Tyr. *Diss.* XXXIX. Cap. 2. Cf. locus Hippocratis *de Flatibus* pag. 296. *Ed. Foës.*, quem ad Platonis *Sympos.* l. c. Wolfius pag. 39. et Astius pag. 301 sq. laudarunt. Bullialdus pag. 213. Platonicam Theonis sententiam illustrat, verbis Quintiliani *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 8. adscriptis.

Ἐν κόσμῳ ἁρμονία. Similiter Hippodamus Thurius, Pythagoreus, apud Stobaeum *Serm.* Cap. I. ἔστι γὰρ ἃ μὲν ἁρμονία ἀρετὰ κόσμῳ, ἃ δ' εὐδαιμονία ἀρετὰ πόλιος. In eandem fere sententiam prolabitur Laelius, apud Ciceronem *de Republ.* Lib. II. Cap. 42. Nec mirum: nam virtutem harmoniam esse, Platonis fuit placitum. Cf. Wyttenbachius *ad Phaed.* pag. 127.

P. 18. Ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ. Hic locus versatur in Constantiae commendatione: Musica enim et Gymnastica puerorum animos praeparandos esse, docet, priusquam philosophia imbuantur, eaque philosophia animi perturbationes ita subigi, ut nec voluptas, nec dolor illos a virtute revocare queat, qui revera sunt philosophi. — τὴν ὀρθὴν δόξαν κ. τ. λ. Sunt iterum verba Platonis *de Republ.* Lib. IV. pag. 429, C. hic et illic adulterata: nimirum existimavit Plato fortitudinem conservationem quamdam esse, σωτηρίαν ἔγωγ', εἶπον, λέγω τινὰ εἶναι τὴν ἀν-

ἀνδρείαν. Hujus conservationis nunc imaginem affert a lanarum tinctoribus desumtam. —— οἱ νῦν βαφεῖς. Sententia valde celebrata est apud veteres, quos mira doctrinae copia contulit Ruhnkenius, Vir. Cel., ad Timaei *Lexicon* pag. 76 sq., cujus annotationem nonnullis auxit Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 133, ita ut ineptum esset, has locorum indicationes nunc repetere. Sed illud tamen non omittendum est, Ruhnkenium monuisse, locum Platonis, a Theone expressum, verosimiliter ad imitationem loci, in Epistola Lysidis Pythagorei, apud Jamblichum *de Vita Pythag.* pag. 68: quidni ipsa verba adscribam? καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστιν ψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὴν βαφὴν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γενησομέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρασκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τῆς φιλοσοφίας ἐρασθέντων. Quomodo textum e Platone emendavimus, vide in lectionis diversitate. Quae inter alia in Codd. leguntur ὁμοῦ τε τὸ βαφὲν, καὶ ἡ φύσις partim e Platone supplenda, et emendanda esse monuimus, ita ut legatur δευτοποιὸν γίγνεται βαφὲν, quae in textu scribere non ausus sum: partim voce φύσις in πλύσις mutata, emendavimus; nimirum non dubito, quin librarii minus diligentes πλύσιν in φύσιν mutare potuerint. — ἃ δὲ ἂν μὴ nempe τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, *quae illo tingendi modo non tinguntur*; sequitur parenthesis οἶσθα οἷα δὴ γίγνεται, ἂν μὴ προθεραπεύσας βάπτῃ, *scis qualia sint, si quis non praeparans tingat.* Mutavit nempe Theon Platonis verba, ἃ δὲ ἂν μὴ οἶσθα οἷα γίγνεται ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν τε καὶ ταῦτα μὴ προθεραπεύσας.

P. 19. Καὶ γράμμασι καὶ γεωμετρίᾳ καὶ ἐν ἀριθμητικῇ. Verba apud Platonem non leguntur. Un-

cinis illa inclusi, quia mihi suspecta sunt; quemvis enim liberaliter institutum Platonis et Smyrnaei aetate literas novisse existimo, quas addiscendi commendatio potius ad Medii aevi inscitiam pertinuisset. Mirum sit, Theonem, cum docet, Mathesin plurimum valere, ut animi hominum praeparentur ad philosophiam, velati constantiae fontem, etiam monere, ut *literae* addiscantur: quod sane ineptum! Etiamsi, duabus ultimis literis, *in voce* γράμμασι, transpositis, legeretur γραμμαῖς (γραμμὴ enim est *linea*. Cf. Theon infra Cap. VI. pag. 34, Cap. XXIV. pag. 52. et γραμμικὸς *linearis* Cap. I. pag. 23: Cap. XXVIII. pag. 66.) nondum omnis sublata esset difficultas: nam quomodo distinguerentur γεωμετρία et γράμμαι, nondum intelligitur, cujus posterioris nominis exempla non adsunt, quae significationem partis cujusdam disciplinae Geometricae probarent. Praeterea locus, hac emendatione, ad Theonis consuetudinem minime esset comparatus, qui disciplinarum Mathematicarum partes semper eodem ordine distinguit et enumerat; nimirum Arithmeticam, Geometriam, Stereometriam, Astronomiam, Musicam. Nunc autem Geometria praecedit Arithmeticam. His rationibus ductus equidem credo, verba illa a librario quodam orta in textum migrasse: quare illa delenda esse censeo.

Ὥσπερ τισὶ στυπτικοῖς. Bullialdus pag. 214. haec notavit: « Mathematicas disciplinas comparat τῇ στυπτηρίᾳ, id est *Alumini*, cujus usus in tingendis lanis maximus, Plinius *Hist. Nat.* Lib. XXXV. Cap. 15; idem a Medicis adhibetur ad varios usus et praecipue ad sordes repurgandas, oculis quoque prodest, ut Dioscorides Lib. V. περὶ στυπτηρίας scriptum reliquit, de omnibus disserendo. δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, στυπτικὴν ἀποκαθαρ-

τι-

τὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. Quemadmodum igitur lanas praeparant tinctores alumine eas repurgando et condensando, ita philosophus animos discipulorum suorum praeparat." Reliqua Bullialdi verba repetere non opus est.

P. 20. Καὶ γὰρ αὖ τὴν φιλοσοφίαν. Quinque initiationis partes Sacrorum Eleusiniorum describit Theon et philosophiae traditionem comparat cum Mysteriorum initiatione. Sola autem sacra Cereris Eleusinae μυστήρια appellabantur: vide Meursii *Eleusinia* Cap. I., in Gronovii *Thesaur. Antiq. Graec.* Tom. VII. pag. 117. Ab his Mysteriis uberrimus existit orationis figuratae fons, in philosophia praesertim Platonica, cujus ediscendae gradus cum illis sacris a Theone Smyrnaeo conferuntur, quod et alii fecerunt, veluti Alcinous *de Dogm. Platon.* Cap. 27, pag. 215, *Edit. Fischeri*, dicens: προτέλεια δὲ καὶ προκάθαρσια τοῦ ἐν ἡμῖν δαίμονος, εἰ μέλλοιμεν τὰ μείζω μυεῖσθαι μαθήματα, τάδ' ἂν εἴη διὰ μουσικῆς καὶ ἀριθμητικῆς τε καὶ ἀστρονομικῆς καὶ γεωμετρίας, συνεπιμελουμένων ἡμῶν καὶ τοῦ σώματος διὰ γυμναστικῆς, ἥτις καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην, εὔθετα τὰ σώματα παρασκευάσει. Jamblichus *Protrept. ad Phil.* Cap. II. pag. 5. ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον καὶ πρὸ φιλοσοφίας παιδείαν. Huc item pertinet locus Aristophanis in *Nubib.* vsu. 254 sqq. ubi, postquam Socrates Strepsiadem monuerat, ut discendi causa juxta assideret, haec dicuntur:

ΣΤΡ. ἰδοὺ κάθημαι, ΣΩ. τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
τὸν στέφανον. ΣΤΡ. ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι, Σωκράτες!
ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.
ΣΩ. οὔκ· ἀλλὰ πάντα ταῦτα τοὺς τελουμένους
ἡμεῖς ποιοῦμεν.

Quo loco inter alia vetus Scholiasta pag. 138; ad verba τοὺς τελουμένους haec notavit; τοὺς μυουμένους. ἐνδέξοις δὲ μυστηρίοις παραβάλλει τὰ τῶν φιλοσόφων μαθήματα, ἵνα ἔτι μᾶλλον πείθῃ προσέχειν τὸν γέροντα, ὡς θειοτέρῳ τῷ πράγματι. Hinc proverbialiter dicitur τὰ μικρὰ ἐποπτεύσαι δεῖ πρὸ τῶν μεγάλων, recto ordine et a simplicioribus ad graviorum cognitionem est procedendum.

Τὸ μὲν προηγούμενον καθαρμός. Praeviam lustrationem intelligit, quae fiebat in minoribus sacris, Scholiasta Aristophanis *ad Plutum* vsu. 846. pag. 85. καὶ ἔστι τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. Conff., quorum verba retulit Bullialdus pag. 215, Proclus *in Theol. Plat.* Lib. I. Cap. 2, Clem. Alexandrinus *Strom.* Lib. V. pag. 429: reliqua autem Bullialdi annotatio mihi non repetenda esse videtur. — ἀλλ' εἰσὶν οὓς αὐτῶν εἰργέσθαι προαγορεύεται. *Sed sunt, quos ab illis sacris arcere praemonitum erat* legibus: hoc autem alios a sacris arcendi munere Praeco fungebatur. — οἷον τοὺς χεῖρας μὴ καθαρὰς καὶ φώνην ἀξύνετοι ἔχοντας. Nunc quibus de causis nonnullos initiari vetitum esset, diserte exponit, in quo genere erant illi, qui aut manus impia caede pollutas habebant, Juliani *Orat.* V. pag. 173. aut qui *vocem non intelligibilem* habebant, ut Bullialdus pag. 216. recte interpretari videtur, qui barbara lingua utebantur. Libanii *Declam.* XIX. ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐκεῖθεν εἰπεῖν. ἔστι δὲ οὐ τῶν ἀῤῥήτων, ὃ μέλλω λέγειν. οὗτοι γὰρ τὰ τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι. Namque aditus ad illa Mysteria antiquitus non nisi Graecis patuit, quod docet Scholiasta Aristophanis l. c. μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν, ἐλθόντος Ἡρακλέους καὶ θέλοντος μυηθῆναι, ἐπεὶ

δὴ νόμος ἦν Ἀθηναίοις μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσθέντες τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆς πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς ἐποίησαν μικρὰ μυστήρια· ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν.

Τελετῆς παράδοσις. *Initiationis traditio*: τελετὴ initiatio dicebatur, quoniam ea, quamdam quasi perfectionem vitae afferre credebatur, Meursii *Eleusin.* Cap. IV. pag. 124, qua de re illustris est sententia Isocratis *in Paneg.* pag. 46, duplex Cereris munere donum ad Athenienses pervenisse, dicentis, fruges scilicet fructusque καὶ τὴν τελετήν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. Quibuscum consentit Pindarus Thebanus, non parcus Atheniensium laudator apud Clem. Alexandrinum *Strom.* Lib. III. pag. 318. Cicero *de Legib.* Lib. II. Cap. 16. de Mysteriis Eleusiniis locutus: « neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. » Plato *in Phaed.* pag. 69, C. ad quem locum vide Heindorfium pag. 6. et Cel. Wyttenbachium pag. 171 sqq. Quae Bullialdus pag. 216 sq. notat, ad morem Christianorum illustrandum pertinent, nomina Mysteriis propria ad sacra Christiana conferentium; quam annotationem non repetendam esse existimavi.

Τρίτη δὲ ἐπονομαζομένη ἐποπτεία. Proclus *in Theol. Plat.* Lib. IV. Cap. 26. προηγεῖται γὰρ, ἡ μὲν τελετὴ τῆς μυήσεως. αὕτη δὲ τῆς ἐποπτείας: quibuscum tamen non dissentiunt verba Harpocrationis, *in voce* ἐπωπτευκότων, dicentis. οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Harpocration enim diserte loquitur de iis, qui Eleusine, igitur sacris majoribus initiabantur, quorum gradus secundus erat ἐποπτεία, ut recte Lexicographus. Sed Theon et Proclus sacra majora cum minoribus confundunt, quae minora Agris habebantur,

Quo loco ir… …126, ita ut, praevia lu-
τοὺς τελου… …annumerata, tertia, non
μυστηρίοι… …His Epoptis, ad majora sa-
μᾶλλον… …omnia nondum revelabantur,
Hinc… …dam, non adspicienda ulli, prae-
τῶν… …rum praefectis, qui Mystas, Epop-
cop… …Meursii *Eleusinia* Cap. VIII. pag. 123, B.
…rum plura annotavit, quae non adeo ad
…illustrandum valent, ut ejus annotationem re-
…ejus sit.

…δεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις. Non adeo erat pars initiationis, quam quidem honos Hierophantis et Daduchis proprius. Hierophanta enim Coma et Strophio insignis erat, Arrianus *in Epictetum* Lib. III. Cap. 21. pag. 306. *Ed. Holstenii.* Eodem ornatu Comae et Strophii Daduchus indutus erat, Plutarchus *in Aristide* pag. 321, D. Cur haec ornandi ratio quarta initiationis pars dicatur, exinde causa explicanda est, nimirum his, veluti principibus sacrorum ministris, omnia Mysteriorum arcana perspecta erant, quorum pauca tantum Initiatis revelari solebant, quod modo ante notavimus. — δᾳδουχίας τυχόντα ἢ ἱεροφαντίας. Nempe δᾳδοῦχος in Eleusiniis sacram facem gestabat, ejusque munus adeo praestans erat, ut proxime ad Hierophantae honorem accederet. Nec quivis faciem gestans δᾳδοῦχος appellatus. Eustathius *ad Iliad.* I. (Meursio citatus *in Eleusiniis* pag. 141.) διαφέρει ὁ δᾷδας ἔχων ἁπλῶς, καὶ ὁ ἐν τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις δᾳδοῦχος. Verum celebrius ἱεροφαντίας munus versabatur in interpretandis sacris; Hesychius *in voce* ἱεροφάντης ita illud nomen interpretatur: ἱεροφάντης, μυσταγωγὸς, ἱερεὺς, ὁ τὰ μῦστήρια δεικνύων. — ἢ τινὸς ἄλλης ἱερωσύνης. Alii insuper erant

erant Sacerdotes Eleusinii, veluti κήρυξ, Plutarchus *in Alcibiade* pag. 202, E. et qui aram administrabat ὁ ἐπὶ βωμῷ, Eusebii *Praep. Euang.* III. 12. pag. 117.

Ἡ δὲ πέμπτη ἐξ αὐτῶν περιγινομένη . . . εὐδαιμονίαν. Recta mihi esse videtur Bullialdi emendatio, pro εὐδαιμονίαν rectum casum εὐδαιμονία corrigentis, quam emendationem recipere tamen non ausus sum. Quae a Theone quinta Mysteriorum pars appellatur, summum sacrorum Eleusiniorum consilium complexa fuisse videtur, quod quale fuerit, ipsi veteres aut ignorabant, aut aliis, quibus notum fuit, referre interdictum. Hanc autem felicitatem, κατὰ θεοφιλὲς καὶ Θεοῖς συνδίαιτον, oriri e doctrina (puriori et simpliciori, quam quae vulgo tradebatur) de Deo, de animorum immortalitate et de placito, quo bonos post vitam praemiis, impios vero suppliciis affici statuebant, facile intelligitur ex illis locis, quos paulo supra adduximus Isocratis *Paneg.* pag. 46. Cicero *de Leg.* Lib. II. Cap. 16. Plato *in Phaed.* pag. 69, C. quibus addantur Origenes *contra Celsum.* Lib. III. pag. 501; Lib. VIII. pag. 777. *Edit. Paris.* 1731. Plato *in Conviv.* pag. 202. Plutarchus *de Orac. Defect.* pag. 417. Etym. Magn. *in voce* τελετή.

Πολιτικῶν λόγων. Librorum de Republica Platonis, quibus illam Plato exposuit doctrinam, Mathesin veluti instrumentum esse, quo homines quasi lustrantur et praeparantur ad philosophiam colendam. Nescio an Bullialdus verba alio sensu acceperit; certe ita vertit: « *Eodem prorsus modo et Politicarum rationum traditio perficitur.*" Quare hoc loco Viri Doctiss. versionem mutare nolui. Quot igitur in Mysteriorum traditione gradus observantur, tot partibus Matheseos traditio absolvitur. Eodem λόγου nomine saepius veteres utebantur de parti-

opus est ex Musicae et Medicinae artibus inimica amica facere. — κατὰ μουσικὴν inimica Deus reddit amica: nam Divina facultas ex elementis contrariis rerum universitatem ita copulavit, ut Harmoniae simillima sit, quae Harmonia etiam e dissonantiis oriri solet. — κατὰ ἰατρικήν. Nempe Plato Medicam artem Musicae comparabat, quae ad perfectam harmoniam corpus adduceret humanum: vid. Timaeus Locrus *de Anim. Mund.* pag. 104, A. Platonis *Sympos.* 188, B. quem locum respexit Max. Tyr. *Diss.* XXXIX. Cap. 2. Cf. locus Hippocratis *de Flatibus* pag. 296. *Ed. Foës.*, quem ad Platonis *Sympos.* l. c. Wolfius pag. 39. et Astius pag. 301 sq. laudarunt. Bullialdus pag. 213. Platonicam Theonis sententiam illustrat, verbis Quintiliani *Inst. Orat.* Lib. I. Cap. 8. adscriptis.

Ἐν κόσμῳ ἁρμονία. Similiter Hippodamus Thurius, Pythagoreus, apud Stobaeum *Serm.* Cap. I. ἔστι γὰρ ἃ μὲν ἁρμονία ἀρετὰ κόσμῳ, ἃ δ' εὐδαιμονία ἀρετὰ πόλιος. In eandem fere sententiam prolabitur Laelius, apud Ciceronem *de Republ.* Lib. II. Cap. 42. Nec mirum: nam virtutem harmoniam esse, Platonis fuit placitum. Cf. Wyttenbachius *ad Phaed.* pag. 127.

P. 18. Ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ. Hic locus versatur in Constantiae commendatione: Musica enim et Gymnastica puerorum animos praeparandos esse, docet, priusquam philosophia imbuantur, eaque philosophia animi perturbationes ita subigi, ut nec voluptas, nec dolor illos a virtute revocare queat, qui revera sunt philosophi. — τὴν ὀρθὴν δόξαν κ. τ. λ. Sunt iterum verba Platonis *de Republ.* Lib. IV. pag. 429, C. hic et illic adulterata: nimirum existimavit Plato fortitudinem conservationem quamdam esse, σωτηρίαν ἔγωγ', εἶπον, λέγω τινὰ εἶναι τὴν ἀν-

ἀνδρείαν. Hujus conservationis nunc imaginem affert a lanarum tinctoribus desumtam. —— οἱ νῦν βαφεῖς. Sententia valde celebrata est apud veteres, quos mira doctrinae copia contulit Ruhnkenius, Vir. Cel., ad Timaei *Lexicon* pag. 76 sq., cujus annotationem nonnullis auxit Cl. den Tex *de Musica Platonis* pag. 133, ita ut ineptum esset, has locorum indicationes nunc repetere. Sed illud tamen non omittendum est, Ruhnkenium monuisse, locum Platonis, a Theone expressum, verosimiliter ad imitationem loci, in Epistola Lysidis Pythagorei, apud Jamblichum *de Vita Pythag.* pag. 68: quidni ipsa verba adscribam? καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστιν ψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γενησομέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρασκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τῆς φιλοσοφίας ἐρασθέντων. Quomodo textum e Platone emendavimus, vide in lectionis diversitate. Quae inter alia in Codd. leguntur ὁμοῦ τε τὸ βαφὲν, καὶ ἡ φύσις partim e Platone supplenda, et emendanda esse monuimus, ita ut legatur δευτοποιὸν γίγνεται βαφὲν, quae in textu scribere non ausus sum: partim voce φύσις in πλύσις mutata, emendavimus; nimirum non dubito, quin librarii minus diligentes πλύσιν in φύσιν mutare potuerint. — ἃ δὲ ἂν μὴ nempe τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, *quae illo tingendi modo non tinguntur*; sequitur parenthesis οἴσθα οἷα δὴ γίγνεται, ἂν μὴ προθεραπεύσας βάπτῃ, *scis qualia sint, si quis non praeparans tingat.* Mutavit nempe Theon Platonis verba, ἃ δὲ ἂν μὴ οἴσθα οἷα γίγνεται. ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν τε καὶ ταῦτα μὴ προθεραπεύσας.

P. 19. Καὶ γράμμασι καὶ γεωμετρίᾳ καὶ ἐν ἀριθμητικῇ. Verba apud Platonem non leguntur. Un-

cinis illa inclusi, quia mihi suspecta sunt; quemvis enim liberaliter institutum Platonis et Smyrnaei aetate literas novisse existimo, quas addiscendi commendatio potius ad Medii aevi inscitiam pertinuisset. Mirum sit, Theonem, cum docet, Mathesin plurimum valere, ut animi hominum praeparentur ad philosophiam, veluti constantiae fontem, etiam monere, ut *literae* addiscantur: quod sane ineptum! Etiamsi, duabus ultimis literis, *in voce* γράμμασι, transpositis, legeretur γραμμαῖς (γραμμὴ enim est *linea*. Cf. Theon infra Cap. VI. pag. 34, Cap. XXIV. pag. 52. et γραμμικὸς *linearis* Cap. I. pag. 25: Cap. XXVIII. pag. 66.) nondum omnis sublata esset difficultas: nam quomodo distinguerentur γεωμετρία et γράμμαι, nondum intelligitur, cujus posterioris nominis exempla non adsunt, quae significationem partis cujusdam disciplinae Geometricae probarent. Praeterea locus, hac emendatione, ad Theonis consuetudinem minime esset comparatus, qui disciplinarum Mathematicarum partes semper eodem ordine distinguit et enumerat; nimirum Arithmeticam, Geometriam, Stereometriam, Astronomiam, Musicam. Nunc autem Geometria praecedit Arithmeticam. His rationibus ductus equidem credo, verba illa a librario quodam orta in textum migrasse: quare illa delenda esse censeo.

Ὥσπερ τισὶ στυπτικοῖς. Bullialdus pag. 214. haec notavit: « Mathematicas disciplinas comparat τῇ στυπτηρίᾳ, id est *Alumini*, cujus usus in tingendis lanis maximus, Plinius *Hist. Nat.* Lib. XXXV. Cap. 15; idem a Medicis adhibetur ad varios usus et praecipue ad sordes repurgandas, oculis quoque prodest, ut Dioscorides Lib. V. περὶ στυπτηρίας scriptum reliquit, de omnibus disserendo. δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, στυπτικὴν ἀποκαθαρ-

τι-

τίκην τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς νόραις. Quemadmodum igitur lanas praeparant tinctores alumine eas repurgando et condensando, ita philosophus animos discipulorum suorum praeparat." Reliqua Bullialdi verba repetere non opus est.

P. 20. Καὶ γὰρ αὖ τὴν φιλοσοφίαν. Quinque initiationis partes Sacrorum Eleusiniorum describit Theon et philosophiae traditionem comparat cum Mysteriorum initiatione. Sola autem sacra Cereris Eleusinae μυστήρια appellabantur: vide Meursii *Eleusinia* Cap. I., in Gronovii *Thesaur. Antiq. Graec.* Tom. VII. pag. 117. Ab his Mysteriis uberrimus existit orationis figuratae fons, in philosophia praesertim Platonica, cujus ediscendae gradus cum illis sacris a Theone Smyrnaeo conferuntur, quod et alii fecerunt, veluti Alcinous *de Dogm. Platon.* Cap. 27, pag. 215, *Edit. Fischeri*, dicens: προτέλεια δὲ καὶ προκαθάρσια τοῦ ἐν ἡμῖν δαίμονος, εἰ μέλλοιμεν τὰ μείζω μυεῖσθαι μαθήματα, τάδ' ἂν εἴη διὰ μουσικῆς καὶ ἀριθμητικῆς τε καὶ ἀστρονομικῆς καὶ γεωμετρίας, συνεπιμελουμένων ἡμῶν καὶ τοῦ σώματος διὰ γυμναστικῆς, ἥτις καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην, εὔθετα τὰ σώματα παρασκευάσει. Jamblichus *Protrept. ad Phil.* Cap. II. pag. 5. ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον καὶ πρὸ φιλοσοφίας παιδείαν. Huc item pertinet locus Aristophanis in *Nubib.* vsu. 254 sqq. ubi, postquam Socrates Strepsiadem monuerat, ut discendi causa juxta assideret, haec dicuntur:

ΣΤΡ. ἰδοὺ κάθημαι, ΣΩ. τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
τὸν στέφανον. ΣΤΡ. ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι, Σωκράτες!
ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.
ΣΩ. οὔκ· ἀλλὰ πάντα ταῦτα τοὺς τελουμένους
ἡμεῖς ποιοῦμεν.

Quo loco inter alia vetus Scholiasta pag. 138; ad verba τοὺς τελουμένους haec notavit; τοὺς μυουμένους. ἐνδέξοις δὲ μυστηρίοις παραβάλλει τὰ τῶν φιλοσόφων μαθήματα, ἵνα ἔτι μᾶλλον πείθῃ προσέχειν τὸν γέροντα, ὡς θειοτέρῳ τῷ πράγματι. Hinc proverbialiter dicitur τὰ μικρὰ ἐποπτεύσαι δεῖ πρὸ τῶν μεγάλων, recto ordine et a simplicioribus ad graviorum cognitionem est procedendum.

Τὸ μὲν προηγούμενον καθαρμός. Praeviam lustrationem intelligit, quae fiebat in minoribus sacris, Scholiasta Aristophanis *ad Plutum* vsu. 846. pag. 85. καὶ ἔστι τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. Conff., quorum verba retulit Bullialdus pag. 215, Proclus *in Theol. Plat.* Lib. I. Cap. 2, Clem. Alexandrinus *Strom.* Lib. V. pag. 429: reliqua autem Bullialdi annotatio mihi non repetenda esse videtur. — ἀλλ' εἰσὶν οὓς αὐτῶν εἰργέσθαι προαγορεύεται. *Sed sunt, quos ab illis sacris arcere praemonitum erat* legibus: hoc autem alios a sacris arcendi munere Praeco fungebatur. — οἷον τοὺς χεῖρας μὴ καθαρὰς καὶ φώνην ἀξύνετον ἔχοντας. Nunc quibus de causis nonnullos initiari vetitum esset, diserte exponit, in quo genere erant illi, qui aut manus impia caede pollutas habebant, Juliani *Orat.* V. pag. 173. aut qui *vocem non intelligibilem* habebant, ut Bullialdus pag. 216. recte interpretari videtur, qui barbara lingua utebantur. Libanii *Declam.* XIX. ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐκεῖθεν εἰπεῖν. ἔστι δὲ οὐ τῶν ἀῤῥήτων, ὃ μέλλω λέγειν. οὗτοι γὰρ τὰ τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι. Namque aditus ad illa Mysteria antiquitus non nisi Graecis patuit, quod docet Scholiasta Aristophanis l. c. μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν, ἐλθόντος Ἡρακλέους καὶ θέλοντος μυηθῆναι, ἐπει-

δὴ νόμος ἦν Ἀθηναίοις μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσθέντες τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆς πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς ἐποίησαν μικρὰ μυστήρια ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν.

Τελετῆς παράδοσις. *Initiationis traditio*: τελετὴ initiatio dicebatur, quoniam ea, quamdam quasi perfectionem vitae afferre credebatur, Meursii *Eleusin.* Cap. IV. pag. 124, qua de re illustris est sententia Isocratis *in Paneg.* pag. 46, duplex Cereris munere donum ad Athenienses pervenisse, dicentis, fruges scilicet fructusque καὶ τὴν τελετήν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. Quibuscum consentit Pindarus Thebanus, non parcus Atheniensium laudator apud Clem. Alexandrinum *Strom.* Lib. III. pag. 318. Cicero *de Legib.* Lib. II. Cap. 16. de Mysteriis Eleusiniis locutus: « neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. » Plato *in Phaed.* pag. 69, C. ad quem locum vide Heindorfium pag. 6. et Cel. Wyttenbachium pag. 171 sqq. Quae Bullialdus pag. 216 sq. notat, ad morem Christianorum illustrandum pertinent, nomina Mysteriis propria ad sacra Christiana conferentium; quam annotationem non repetendam esse existimavi.

Τρίτη δὲ ἐπονομαζομένη ἐποπτεία. Proclus *in Theol. Plat.* Lib. IV. Cap. 26. προηγεῖται γὰρ, ἡ μὲν τελετὴ τῆς μυήσεως. αὕτη δὲ τῆς ἐποπτείας: quibuscum tamen non dissentiunt verba Harpocrationis, *in voce* ἐπωπτευκότων, dicentis. οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Harpocration enim diserte loquitur de iis, qui Eleusine, igitur sacris majoribus initiabantur, quorum gradus secundus erat ἐποπτεία, ut recte Lexicographus. Sed Theon et Proclus sacra majora cum minoribus confundunt, quae minora Agris habebantur,

Meursii *Eleusinia* Cap. VI. pag. 126, ita ut, praevia lustratione iisdem sacris majoribus annumerata, tertia, non autem secunda, sit ἐποπτεία. His Epoptis, ad majora sacra jam admissis, tamen omnia nondum revelabantur, sed adservabantur quaedam, non adspicienda ulli, praeterquam ipsis sacrorum praefectis, qui Mystas, Epoptasque creabant, Meursii *Eleusinia* Cap. VIII. pag. 125, B. Bullialdus iterum plura annotavit, quae non adeo ad Theonem illustrandum valent, ut ejus annotationem repetere opus sit.

Ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις. Non adeo erat pars initiationis, quam quidem honos Hierophantis et Daduchis proprius. Hierophanta enim Coma et Strophio insignis erat, Arrianus *in Epictetum* Lib. III. Cap. 21. pag. 306. *Ed. Holstenii.* Eodem ornatu Comae et Strophii Daduchus indutus erat, Plutarchus *in Aristide* pag. 321, D. Cur haec ornandi ratio quarta initiationis pars dicatur, exinde causa explicanda est, nimirum his, veluti principibus sacrorum ministris, omnia Mysteriorum arcana perspecta erant, quorum pauca tantum Initiatis revelari solebant, quod modo ante notavimus. — δᾳδουχίας τυχόντα ἢ ἱεροφαντίας. Nempe δᾳδοῦχος in Eleusiniis sacram facem gestabat, ejusque munus adeo praestans erat, ut proxime ad Hierophantae honorem accederet. Nec quivis faciem gestans δᾳδοῦχος appellatus. Eustathius *ad Iliad.* I. (Meursio citatus *in Eleusiniis* pag. 141.) διαφέρει ὁ δᾷδας ἔχων ἁπλῶς, καὶ ὁ ἐν τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις δᾳδοῦχος. Verum celebrius ἱεροφαντίας munus versabatur in interpretandis sacris; Hesychius *in voce* ἱεροφάντης ita illud nomen interpretatur: ἱεροφάντης, μυσταγωγὸς, ἱερεὺς, ὁ τὰ μῦστήρια δεικνύων. — ἢ τινὸς ἄλλης ἱερωσύνης. Alii insuper erant

erant Sacerdotes Eleusinii, velati κήρυξ, Plutarchus *in Alcibiade* pag. 202, E. et qui aram administrabat ὁ ἐπὶ βωμῷ, Eusebii *Praep. Euang.* III. 12. pag. 117.

Ἡ δὲ πέμπτη ἐξ αὐτῶν περιγινομένη . . . εὐδαιμονίαν. Recta mihi esse videtur Bullialdi emendatio, pro εὐδαιμονίαν rectum casum εὐδαιμονία corrigentis, quam emendationem recipere tamen non ausus sum. Quae a Theone quinta Mysteriorum pars appellatur, summum sacrorum Eleusiniorum consilium complexa fuisse videtur, quod quale fuerit, ipsi veteres aut ignorabant, aut aliis, quibus notum fuit, referre interdictum. Hanc autem felicitatem, κατὰ θεοφιλὲς καὶ Θεοῖς συνδίαιτον, oriri e doctrina (puriori et simpliciori, quam quae vulgo tradebatur) de Deo, de animorum immortalitate et de placito, quo bonos post vitam praemiis, impios vero suppliciis affici statuebant, facile intelligitur ex illis locis, quos paulo supra adduximus Isocratis *Paneg.* pag. 46. Cicero *de Leg.* Lib. II. Cap. 16. Plato *in Phaed.* pag. 69, C. quibus addantur Origenes *contra Celsum.* Lib. III. pag. 501; Lib. VIII. pag. 777. *Edit. Paris.* 1731. Plato *in Conviv.* pag. 202. Plutarchus *de Orac. Defect.* pag. 417. Etym. Magn. *in voce* τελετή.

Πολιτικῶν λόγων. Librorum de Republica Platonis, quibus illam Plato exposuit doctrinam, Mathesin veluti instrumentum esse, quo homines quasi lustrantur et praeparantur ad philosophiam colendam. Nescio an Bullialdus verba alio sensu acceperit; certe ita vertit: « *Eodem prorsus modo et Politicarum rationum traditio perficitur.*" Quare hoc loco Viri Doctiss. versionem mutare nolui. Quot igitur in Mysteriorum traditione gradus observantur, tot partibus Matheseos traditio absolvitur. Eodem λόγου nomine saepius veteres utebantur de parti-

tibus, quibus libros distribuerent, Latinis *pars*, *caput*, vid. Cl. J. Bake ad Cleom. *Meteor.* Lib. I. Cap. I. pag. 255.

P. 21. Ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς. Nempe verosimiliter in Carmine, quod καθαρμοὶ inscripsit Empedocles, versibus hexametris complexum, Fabricius *Bibl. Graec.* Vol. I. pag. 474. Fragmentum illud a Theone servatum ad hoc carmen pertinere, mihi probant, cum antecedentia ipsorumque verborum sensus, tum etiam versus hexameter sic restituendus

κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντ' ἀτειρεῖ χαλκῷ.

Nempe ἀτειρεῖ scripsimus pro ἀτηρεῖ, probata Bullialdi emendatione, cujus confirmandae causa Homerica loca, ubi χαλκὸς ἀτειρὴς legitur, notabimus, veluti *Iliadis* V. 292; VII. 247; XIV. 25; XVIII. 474, XIX. 253; XX. 108. et *Odyss.* XIII. 368. Idem Empedoclis carmen καθαρμοὶ noster Theon citat *de Music.* Cap. XLVI. pag. 162. et ab aliis etiam laudatur, veluti a Diog. Laërt. Lib. VIII. s. 54. et s. 63. Cf. Athenaei *Deipnos.* Lib. XIV. Cap. 3. pag. 620, C. *Ed. Casaub.* Apulejus *in Apolog.* pag. 453. *Oudend.*

Ἀτειρεῖ χαλκῷ. Rem ipsam mihi optime Bullialdus pag. 224. illustrare videtur, ita ut integram ejus annotationem recipiendam esse existimaverim. « Legendum hoc loco ἀτειρεῖ χαλκῷ id est *indomito aere*, non vero ἀτηρεῖ, aut ἀχειρεῖ. Aes in usu magis habuerunt veteres, ut Didymus testatur *Iliad.* II. χαλκὸς σφόδρα τίμιος τοῖς ἀρχαίοις: propterea dixit Empedocles aere indomito, ut constantiam et perseverantiam necessariam ostenderet, quodque religioni sacrisque ritibus haec materia aptior credita fuerit. Notat Servius ad Virgilii *Aeneid.* I. (versum

sum 452.), Flaminem Dialem aereis cultris tonsum fuisse. In religionibus etiam adhibitum aes, Theocritus *Idyll.* II. (36.) ἀ Θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει, ubi adnotat Scholiastes; τὸν γὰρ χαλκὸν ἐπεῖδον, ἐν ταῖς ἐκλείψεσι τῆς σελήνης, καὶ ἐν ταῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνομίζετο καθαρὸς εἶναι καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. διόπερ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο, ὡς φησι καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ Θεῶν. Eustathius *ad Iliad.* (Lib. XVI. vs. 408.) quoque notavit sequentia. ἤνοπα λέγει τὸν ἔνοπα, ὅ ἐστι ἔμφωνον. μόνος γὰρ τῶν ἀψύχων δοκεῖ φωνὴν ἔχειν· καὶ οἱ Πυθαγορικοί φασι, τὸν χαλκὸν παντὶ συνηχεῖν θειοτέρῳ πνεύματι, διὸ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι τρίπους τοιοῦτος ἀνακεῖται. καὶ ἐν νηνεμίᾳ δὲ πολλάκις ὑ ἄλλων ἀτρεμούντων, σειομένοις ἔοικε τὰ κοῖλα χαλκώματα."

Ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ πέντε μαθημάτων δεῖν φησὶ ποιεῖσθαι τὴν κάθαρσιν. Nempe Plato *de Republ.* Lib. VII. inde a pag. 622, B, usque ad pag. 531, D. Nomen illud στερεομετρία e MS. Scaligeri in textum recepimus, quod omnino requirebatur, ut singulae quinque illae disciplinae enumerarentur, quod Theon voluit. Nescio an absit ab aliis Codd., sed vix crederem, quoniam Bullialdus in versione etiam *Stereometriam* ceteris conjunxit; fortasse nomen, operarum vitio, ex editione Bullialdi excidit. — τῇ δὲ τελετῇ. Hierocles Alexandrinus *in Aurea Pythag. Carm.* pag. 9. *Edit. Needham.* φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης. κάθαρσις μὲν ἀπὸ τοῦ ὑλικῆς ἀλογίας, καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος· τελειότης δὲ τῆς οἰκείας εὐζωΐας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. — ἐποπτείαν δὲ ὀνομάζει. Bullialdus pag. 224. haec notavit; « Proclus *Theol. Plat.* Lib. IV. Cap. 9. comparat etiam ἐποπτείαν contemplationi idearum et rerum, quae revera sunt καὶ γὰρ ἡ μύησις καὶ

ἡ ἐποπτεία τῆς ἀῤῥήτου σιγῆς ἐστὶ σύμβολον, καὶ τῆς πρὸς τὰ μυστικὰ διὰ τῶν νοητῶν φασμάτων ἑνώσεως. Item libro primo vocat philosophiae magistros ἐξηγητὰς τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας." Similiter Plutarchus *Sympos.* Lib. VIII. *Quaest.* II. Cap. 1. pag. 718, C. de Platone locutus, ait; αὐτὸς εἴρηκε καὶ γέγραφε πολλάκις, ὑμνῶν γεωμετρίαν, ὡς ἀποσπῶσαν προσισχομένους τῇ αἰσθήσει, καὶ ἀποστρέφουσαν ἐπὶ τὴν νοητὴν καὶ ἀΐδιον φύσιν, ἧς θέα τέλος ἐστὶ φιλοσοφίας, οἷον ἐποπτεία τελετῆς.

Πέμπτον δ' ἂν εἴη. Bullialdi annotatio pag. 224. mihi integra adscribenda esse videtur. « Sicut in religionibus finis ultimus sacra suscipientium erat sperata beatitudo atque felicitas, ut jam ex Euripide (*in Bacchis* vsu 73, quem locum pag. 123. attulit Bullialdus) Platone et aliis patet, dum illi, qui Eleusiniis aut aliis initiabantur, tandemque Epoptae evadebant, Deorum vitam se adsecutos credebant, ita finem ultimum verae philosophiae asserit Plato esse, ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν; ad cujus mentem apposite disserit Abammon Magister, Aegyptius, in responsione ad Porphyrii Epistolam ad Anabonem, quam Proclus in Plotinum monet esse Jamblichi: (quippe qui Jamblichus latet sub nomine Abammonis Magistri, cf. Fabricius, *Bibl. Graec.* Vol. IV. pag. 185. et pag. 285.) διὰ τοιαύτης οὖν βουλήσεως ἀφθόνως οἱ θεοὶ τὸ φῶς ἐπιλάμπουσιν, εὐμενεῖς ὄντες καὶ ἵλεῳ τοῖς θεουργοῖς, τάς τε ψυχὰς αὐτῶν εἰς ἑαυτοὺς ἀνακαλούμενοι καὶ τὴν ἕνωσιν αὐταῖς τὴν πρὸς ἑαυτοὺς χορηγοῦντες ἐθίζοντές τε αὐτὰς καὶ ἔτι ἐν σώματι οὔσας ἀφίστασθαι τῶν σωμάτων, ἐπὶ δὲ τὴν ἀΐδιον καὶ νοηνὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν περιάγεσθαι. δῆλον δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων, ὅ νῦν φαμὲν εἶναι τῆς ψυχῆς σωτήριον. ἐν γὰρ τῷ θεωρεῖν τὰ μακάρια θεάματα ἡ ψυχὴ ἄλλην ζώην ἀλλάττεται καὶ ἑτέραν ἐνέργειαν ἐνεργεῖ, καὶ οὐδὲ ἄνθρωπος εἶναι ἡγεῖ-

ἡγεῖται τότε ὀρθῶς ἡγουμένη. πολλάκις δὲ καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀφεῖσα ζώην τὴν μακαριωτάτην τῶν Θεῶν ἐνεργείᾳ ἀντηλλάξατο. (In quibus dictio εὐμενεῖς ὄντες καὶ ἵλεῳ composita est ad imitationem Xenophontis *Cyropaed.* Lib. I. Cap. 6. §. 2.) Et alibi sic disserit: ὅταν γὰρ δὴ τὰ βελτίονα τῶν ἐν ἡμῖν ἐνεργῇ καὶ πρὸς τὰ κρείττονα ἀνάγηται αὐτῆς ἡ ψυχὴ, τότε χωρίζεται παντάπασιν τῶν κατεχόντων αὐτὴν εἰς τὴν γένεσιν, καὶ ἀφίσταται τῶν χειρόνων ζώην τε ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας ἀλλάττεται καὶ δίδωσιν ἑαυτὴν εἰς ἄλλην διακόσμησιν τὴν προτέραν ἀφεῖσα παντελῶς. Extat liber MS. Parisiis in Bibliotheca Regia, quem Nicolaus Scutellius latine olim edidit. Eodem sensu Apuleius *de Habit. Doctr. Platonicae* (Lib. II. pag. 252, *Oudend.*) « Sapientiae finis est, ut ad Dei meritum sapiens provehatur: hancque futuram ejus operam, ut aemulatione vitae ad Deorum actus accedat.” ” — Huc usque Bullialdus. Sed laudatus Jamblichi liber, sub nomine Abammonis Magistri scriptus, integer non prodiit, at selecta tantum excerpta, Marsilio Ficino interprete, edita sunt, Venetiis 1483, et postea saepius. Nicolai Scutellii versionem Petavius *ad Julian.* pag. 275. ita imperite et absurde conscriptam esse judicat, ut nulla periodus veram sententiam exprimat, Fabricius *Bibl. Graec.* Vol. IV. pag. 286.

Ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. Verba sunt Platonis *in Theaet.* pag. 176, A: ubi Socrates haec ait, Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀιεὶ εἶναι ἀνάγκη οὔτ' ἐν Θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα, φυγὴ δὲ ὁμοίωσις Θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. κ. τ. λ. Ad quem locum Heindorfius pag. 401. confert alium Themistii *Orat.* XIV. pag. 330, qui ait, de Platone locutus;

τὸ δὴ κεφάλαιον αὐτῷ καὶ τὸ πέρας καὶ κορυφὴ ξυμπάντων τῶν λόγων τοῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲν ἄλλο φιλοσοφία ἢ ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατὸν Θεῷ. Eandem doctrinam, a recentioribus frequenter aut laudatam aut expressam, manifesto a Pythagoreis duxit et saepius attigit Plato, veluti *de Legib.* Lib. IV. pag. 716, D. ad quem locum respexisse videntur Clem. Alexandrinus *Strom.* Lib. II. pag. 418, C. et Lib. V. pag. 594. Eusebius *Praep. Euang.* Lib. XIII. pag. 672, A. Ceterum de illo Platonis placito cff. Wyttenbachius *ad Plutarch. de sera N. Vind.* pag. 27. et Doctiss. Groen van Prinsterer *in Prosopogr. Platon.* pag. 62.

P. 22. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἔχοι τις ἀν. λέγειν. Haec est conclusio praefationis quam ad opusculum Mathematicum scripsit Theon et quam, supra pag. 78, non tantum pertinere monuimus ad Smyrnaei libellum de Arithmetica sed ad illos etiam de Musica et de Astronomia, quibuscum conjuncta fuit expositio de Harmonia Mundi. Cf. *Praemon.* Cap. II. §. 3. §. 4. pag. XXXIV sqq. et §. 7. pag. XLII. — ἂν λέγειν. Vel auctoritate unius MS. Scaligeri scribendum esse existimavi pro ἀναλέγειν *colligere*, alia *cum aliis conferre*, quod nullum sensum hic praebet: melius fortasse ferri posset Medium ἀναλέγεσθαι *ratiocinari*. Sed ἂν λέγειν longe praeferendum est. — τῶν ἀναγκαίων κατὰ τὰ μαθήματα θεωρημάτων. Bullialdus in margine pag. 20. notavit, se in paginis illis, olim a Cl. Viro Nic. Fabro transscriptis, (vide quae notavimus supra pag. 109), haec verba ita legere τῶν ἀναγκαίων κατὰ τὰ μαθήματα θεωρουμένων, quae corrupta sunt. — συνιέναι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ. Nempe Platonis. MS. Scaligeri, ut supra pag. 3, habet συνεῖναι de cujus formae incon-

constantia monuimus supra pag. 79, quibus tamen addatur Heindorfius *ad Platonis Cratyl.* pag. 105.

Διαγράμματα γράφοντα. Monente Bullialdo, auctoritate utriusque Cod. Regii prioris γράφοντα recepimus pro γράφοντι, quod reliqui habent. Bullialdus vertit: *« nec etiam vult ille ad extremam usque senectutem diagrammata quemquam scribere et cantilenas,"* caute scilicet versionem vocis διαγράμματων evitans: nam dubitare videtur vir Doct., quo sensu διαγράμματα a Theone dicantur. Diversas quidem habet significationes, quarum duae h. l. aliquam sententiae ambiguitatem afferre possent: διαγράμμα est *figura mathematica*, quae significatio ad Musicorum artem traducta esse videtur, ita ut in Musicis notet, *Musicorum tabulam notis musicis conscriptam*, etiam *modum musicum:* fortassis quia notae aut Musicorum signa, sonituum diversitates indicantia, ad similitudinem figurae Mathematicae exarata esse solebant. Certe eo sensu dicuntur διαγράμματα apud Plutarchum *in Aristide* pag. 852, A. et *de Discrim. Adul. et Amic.* pag. 55, D. Cf. Is. Casaubonus *ad Athenaeum Deipnos.* Lib. VIII. Cap. 12. pag. 617. Item μουσικὰ διαγράμματα Plutarchus *de Fraterno Amore* pag. 491, A. et *de Triplici Imperii Forma* pag. 826, E. Equidem existimo διαγράμματα esse *figuras mathematicas*, quoniam aliam subjungit Theon mentionem καὶ μελῳδίαν, quae vocis significatio multo usitatior, vide Platonem *in Phaed.* pag. 73, B. (ibique Wyttenbachius pag. 184. et Heindorfius pag. 75); *Theaet.* pag. 169, A; *Euthyd.* pag. 290, C; *Cratyl.* pag. 436, D; Xenophontem *Mem. Socr.* Lib. IV. Cap. VII. §. 3; Plutarchum *in Marcello* pag. 308, E; *de Isid. et Osir.* pag. 373, F; *de Macul. in Facie Lunae* pag. 930, E; *de Anim. Procr. e Ti-*

maeo pag. 1018, A. et 1020, C: *Non posse suav. viv. sec. Epicur.* pag. 1093, D. et 1094, A. Denique διαγράμμα μαθηματικὸν apud Plutarchum *in Lysandro* pag. 448, A. Διαγράμματα Latini appellant *descriptiones*, uti Cicero *Tusc. Quaest.* Lib. I. Cap. 17. Similiter *describere* de figuris geometricis Cicero *de Senect.* Cap. 14. et *de Fin.* Lib. V. Cap. 19: quemadmodum Graecis διαγράφειν dicuntur pictores, alicujus rei formam lineis describentes. Platonis *Sophist.* pag. 219. et *de Republ.* Lib. VI. pag. 500, E. Cf. Cl. J. Bake ad Cleomedis *Meteor.* Lib. I. Cap. 8. pag. 357. dictionem γράμμικαῖς ἀποδείξεσιν explicans, quibus exemplis aliud Theonis addi poterit, paulo infra, pag. 23, dicentis γραμμικῆς στοιχειώσεως, quibuscum conferenda inscriptio operis inediti Theodori Metochitae, quam Fr. Jac. Bastius citat ad Gregorium Corinth. *de Dial.* pag. 284. *Schaef.* Ἀστρονομικῆς κατ' ἐπιτομὴν στοιχειώσεως βιβλία τρία.

CAPUT SECUNDUM.

P. 23. Περὶ ἀριθμητικῆς. Est brevior praefatio quae ad unum libellum de Arithmetica pertinet. Rationes exponit quare primum Arithmeticam illustraturus sit, expositione de rebus Musicis continuo huic expositioni adjuncta.

Τῆς ἐν ἀριθμοῖς μουσικῆς. Vide quae supra pag. 106. e longiori Bullialdi annotatione retulimus. μουσικὴ ἐν ἀριθμοῖς est Musica, qualem antiqui Pythagorei colebant. Sed, quam Plato repudiavit, μουσικὴ ἐν ὀργάνοις *Organicorum* sectae maxime placuit, quippe qui Organici, instrumentis musicis freti, omnia rationis praecep-

cepta ab arte musica abesse volebant. Quae omnia supra fusius illustravimus.

Κατ' ἃ καὶ αὐτὸς Πλάτων ἀφηγεῖται. Locum respicit Platonis *de Republ.* Lib. VII. pag. 531, A, quem Cap. I. pag. 9. jam e Platone expressit. Cf. quae supra notavimus pag. 107. καταδεῖν μὴ τῆς ἐν ἀριθμοῖς. Auctoritate Cod. Regii tertii, τῆς scribendum esse existimavi pro τοῖς, quoniam sermo est de Musica, quae numeris superstructa est, qua non bene intellecta, harmonia quae in Mundo est, percipi non potuit.

P. 24. Διὸ καὶ πέμπτην ὁ Πλάτων φησὶν. Bullialdus pag. 225. illa notavit: « Haec Plato dixit *de Republ.* Lib. VII. ratione vero inversi a se ordinis affert Theon, quod Musica nempe et harmonia coelorum comprehendi nequeant sine numerali: hac de causa Musicam ab Arithmetica secundam facit. »

Τῶν ἐν αὐτῇ κινουμένων ἄστρων. Recte monuit Bullialdus, illud αὐτῇ in αὐτῷ emendandum esse, quod nempe ad κόσμον refertur, in quo mundo stellarum motum harmoniam efficere, docebant Pythagorei, illosque imitatus Plato.

Θεωρίᾳ ἡ ἐν ἀριθμοῖς μουσικὴ. Lectionem duorum Codd. Regiorum recepimus, quam sanam esse nemo fere dubitet, cum in ipso hoc Capite exempla adsunt. Bullialdus, in singulis verba referens MS. Thuani, ediderat θεωρίᾳ ἡ ἐν ἀριθμῷ μουσικὴ, quam lectionem etiam tuentur Cod. Reg. tertius et MS. Scaligeri.

P. 25. Πρώτη μὲν ἂν εἴη. Videatur Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 10, C. Cf. ipse Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 4. pag. 72. ad quem locum Astius pag. 214. laudat nostrum Theonem et Boëthium *Arithm.* Lib. I. Cap. 1.

Τὰ

Τὰ τῶν ἀριθμῶν ὡς ἀρχὴ καὶ πηγὴ καὶ ῥίζα τῶν πάντων. Memorabile est fragmentum Alexandri, e libro de successionibus Philosophorum, apud Diog. Laërt. Lib. VIII. s. 25. Ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων μονάδα, ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα· ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς· ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα· ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα· ἐκ δὲ τούτων τὰ στερεὰ σώματα κ. τ. λ. Arcanam porro exponit doctrinam de origine mundi, cujus explicatio nunc ad nos non pertinet. Similiter, non tantum de Monade, sed de numeris in universum, Cicero *Acad.* Lib. II. Cap. 37. « ex numeris et Mathematicorum initiis proficisci volebant omnia. »

CAPUT TERTIUM.

Περὶ ἑνὸς καὶ μονάδος. Constituta numeri definitione docet, quid sit Monas, et in quibus differant ἡ μονὰς et τὸ ἓν, quibus explicitis, rationes reddit, cur abstracta Unitatis notio μονὰς dicta sit.

Ἀριθμός ἐστι σύστημα μονάδων κ. τ. λ. Refert verba Moderati Gaditani, Pythagorei, ut apparet e Stobaeo *Eclog. Phys.* Lib. I. Cap. 2. pag. 18, ubi haec notavit Heerenius: « Inscribitur in Codd. Ἐκ τῶν Μοδεράστου Πυθαγορείου, etsi apud alios constanter Μοδεράτος vocatur cf. Fabricius *Bibl. Graec.* Tom. I. pag. 509. In Πυθαγορείου latere puto titulum libri ex quo locus desumtus est. Scripserat enim Μοδεράτος libros V. Πυθαγορικῶν σχολῶν teste *Suid.* et *Steph.* in Γάδειρα cf. *Comm. de Font. Stob.* unde legendum videtur ἐκ τῶν Μοδεράτου Πυθαγορικῶν. » Haec quidem Heerenius, cujus rationes probabiles esse opinor,

nor, licet Vir Doct. ad illum Moderati locum emendandum Theonem Smyrnaeum adhibere debuisset. Ceterum Moderatus sub Nerone floruit et diversus esse videtur a L. Junio Moderato Columella, licet itidem Gaditano, ejusdemque aetatis scriptore, sed Latino, vid. Fabricii *Bibl. Lat.* Tom. II. pag. 71. *Ernesti.* Haec de fonte e quo suum rivulum duxit Smyrnaeus. Eadem numeri definitio hodieque a Mathematicis tradi solet, quippe quae bona est, et perspicua. In eandem sententiam Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 7. pag. 74. ἀριθμός ἐστι πλῆθος ὡρισμένον ἢ μονάδων σύστημα ἢ ποσότητος χῦμα ἐκ μονάδων συγκείμενον. Alias aliorum, veluti Thaletis, Pythagorae, Eudoxi, Acusmaticorum et Philolai, definitiones numeri refert Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 10, D. sq. quem locum Bullialdus pag. 226. etiam adscripsit, nunc a nobis non repetendum.

Προποδισμὸς πλήθους ἀπὸ μονάδος ἀρχομένος καὶ ἀναποδισμός. Duo haec nomina προποδισμὸς et ἀναποδισμός, quae in Mathematicis non numquam opponuntur, de numeris non tantum dicuntur, qui in serie naturali numerorum, crescente unitatum multitudine, ab unitate incipiunt et contra in unitatem recurrunt: sed iisdem utuntur de stellarum progressu et regressu, ut apud Nicomachum *Arithm.* Lib. I. Cap. 5. pag. 73. ubi Astius haec animadvertit: « ceterum προποδισμοὶ et ἀναποδισμοὶ (i. q. ὑποποδισμοὶ) sunt progressus et regressus sive reversiones stellarum, quum de signo aliquo vel ad praecedentia vel ad sequentia (προηγούμενα vel ἑπόμενα) videntur pergere." Cff. quae notavimus ad locum Ptolemaei *in Praemon.* Cap. I. §. 2. pag. v. *Annot.* (γ).

Μονάς δέ ἐστι περαίνουσα ποσότης. Haec recte corrupta leguntur apud Stobaeum l. c. pag. 13. μονάδας

δὲ περαίνουσά ἐστιν ποσότης ubi Heerenius « in Canteri editione legitur μονάδας δὲ περαίνουσιν ποσότης, nullo sensu. Cod. E, περαίνουσα quod recepi, addito tamen ἔστι, quod sensus flagitat." Miror tamen, Virum Cl. non intelligere, sententiam, licet verba hac emendatione forte ad rationes grammaticas quodammodo exacta sint, non ita esse emendatam. Non est quantitas, quae Monadem determinat, sed Monas ipsa est quantitas quaedam, quae veluti mensuram numerorum determinat, quippe quae Monas est immutabilis et sibi constans. Stobaei locum igitur e Theone ita emendandum esse existimo. Mox ἥτις refertur ad praecedens ποσότης non ad magis remotum μονὰς. Bullialdus, pag. 226, citat *Theologum. Arithm.* Cap. I. pag. 5. et Jamblichum *in Nicom. Arithm.* pag. 11 sq. multas aliorum definitiones recensentem. Eandem Bullialdi annotationem transscripsit fere Astius, ad l. c. *Theologum. Arithm.* pag. 161.

Τὸ ἓν ἐν αἰσθητοῖς. Item τὸ ποσὸν ἐν αἰσθητοῖς opponuntur iis numeris, qui dicuntur ἀριθμοὶ οἱ ἐν νοητοῖς et τὸ ποσὸν ἐν νοητοῖς: ita quidem, ut hoc pertineat ad numerorum contemplationem, prorsus ab omni corporea concretione sejunctorum, illud autem ad numeros, qui res sensibus subjectas definiunt.

P. 27. Καλεῖται δὲ μονὰς ἤτοι. Recte Astius moret ad *Theologum. Arithm.* pag. 158. haec verba verosimiliter e Moderato esse petita, qui in fragmento apud Stobaeum l. c. pag. 18. ὥστε μονὰς ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἑστάναι καὶ κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως ἄτρεπτος μένειν. *Theologum. Arithm.* Cap. I. pag. 3. λέγεται δὲ μονὰς παρὰ τὸ μένειν, καὶ γὰρ ἡ μονὰς ἐφ' ὃν γίνεται ἀριθμὸν, φυλάσσει τὸ αὐτὸ εἶδος, οἷον ἅπαξ τρία τρία, ἅπαξ τέσσαρα τέσσαρα. Conf. quos citat Astius l. c. pag. 158. Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 11.

11. pag. 82. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 13, A, et Joannes Protosphatar. *in Hesiodi* Ἡμέρ. pag. 181, A, *Ed. D. Heinsii*, dicens ὅτι πάντων φθειρομένων αὐτὸς μόνος μένει, καὶ ὅτι μονὴν ἔχει ἐν τοῖς αὑτοῦ (*Ast.* αὐτοῦ) βουλεύμασιν.

Ἂν ἐφ' ἑαυτὴν πολλαπλασιάσωμεν. Praepositionem ἐφ' recepimus e Cod. Regio tertio, et MS. Scaligeri; ab aliis MSS. abest, quam emendationem probavit Astius l. c. pag. 158. — Emendanda est annotatio diversitatis lectionis pag. 27, vsu. 5. quae vitiose typis descripta est, et ita corrigenda; ἐφ' ἑαυτὴν sic recepimus e C. R. 3. et MS. S.: MS. Th. ἑαυτὴν; God. Voss. ὑφ' ἑαυτὴν. — Forte pro πολλαπλασιάσωμεν melius scribendum πολλαπλασιάζωμεν, quemadmodum mox infra: cum omnes MSS. consentiunt, nolui quid mutare.

Ἡ ἀπὸ τοῦ διακεκρίσθαι. Iterum Moderati verba ante oculos habuit Theon, cf. Stobaeus l. c. pag. 18, dicentis ἡ ἀπὸ τοῦ διακρίσθαι καὶ παντελῶς μεμονῶσθαι τῷ πλήθους εὐλόγως ἐκλήθη.

Ἡ δὲ διενήνοχεν. Bullialdus, pag. 227, ita: « Unitas enim vel in abstracto, ut loquuntur Scholastici, vel in concreto consideratur, primo modo est indivisibilis, quia abstrahit ab omni materia sensibili, individua et intelligibili; secundo modo est divisibilis, quia in materialibus consideratur, et in concreto dicitur τὸ ἕν, et numerus eandem distinctionem admittit, et alia appellatione distinguunt numerantem a numerato et Aristoteles Lib. IV. Cap. XIV. (Tom. I. pag. 295, A.) *de Physica*, ἀριθμὸς γὰρ ἢ τὸ ἠριθμημένον, ἢ τὸ ἀριθμητόν." Incertus auctor apud Stobaeum l. c. pag. 20. ὥστε τὰ ἀριθμητὰ τῶν ἀριθμῶν ταυτῇ διαλλάττειν, ᾗ διαφέρει τὰ σώματα τῶν σωμάτων.

Ὡς ἵπποι ε', βόες ε'. E MS. Scaligeri et e Cod. Vossii illud βόες ε' recepimus, quod nescio an vitio operarum e Bullialdi editione exciderit, an vero ab aliis MSS. sit omissum: quod sane vix credam, quoniam Bullialdus ipse vertit *Equi 5, Boves 5.*

CAPUT QUARTUM.

P. 28. Ὥστε εἴη ἂν ἀρχὴ κ. τ. λ. Incertus auctor apud Stobaeum *Eclog. Phys.* Lib. I. Cap. I. pag. 20, quem Heereniu̇s Moderatum esse conjicit, simili modo ait: τινὲς τῶν ἀριθμῶν ἀρχὴν ἀπεφήναντο τὴν μονάδα τῶν δὲ ἀριθμῶν τὸ ἕν, Cf., quem citat Heerenius, Anonym. *de vita Pythag.* pag. 44. *Ed. Holsten.* Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν, μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα, ἓν δὲ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς (*Heer.* ἀριθμητοῖς): ὁμοίως καὶ δύω τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. — καὶ τὰ ἓν ὥστε ἐν αἰσθητοῖς. Unum, veluti corpus, ad infinitum usque secari potest, quoniam, quodcumque corpus est, numquam in partes adeo exiguas divisum est, ut corpuscula ulterius dividi nequeant. His verbis omnia complexi sumus, quae Bullialdus longiori annotatione pag. 227 sq. disputavit. — εἰς ἄπειρα. Scilicet μόρια. Quod omnes libri scripti, praeterquam MSS. Thuani et Scaligeri, habent, in textum recepimus. Duo alii εἰς ἄπειρον, eodem fere sensu, quod dedit Bullialdus.

Ἁπλῶς δὲ ἀρχὰς κ. τ. λ. Theon non sua scripsit verba, sed ejusdem incerti auctoris locum retulit; Stobaeus l. c. pag. 20. Sed aut Theon, aut Stobaeus, licet singula uterque ejus loci verba transscribere voluerit, tamen non satis accurate. Verba apud Stobaeum ita leguntur: τῶν ἀριθμῶν εἰσηγήσαντο τὰς ἀρχὰς, οἱ μὲν γεώτεροι τὴν

τήν τε μονάδα καὶ δυάδα, οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ πάσας παρὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις δι' ὧν ἄρτιοί τε καὶ περιττοὶ νοοῦνται: quo loco relato, non opus est, ut de singulis moneam, in quibus emendandis, quodammodo apud me valuit Stobaei auctoritas. Sed notanda est lectionis diversitas Cod. Vossii, quae longior fuit, ut inter variantes lectiones exponeretur. Cod. igitur Vossii inde a verbis ἁπλῶς δὲ ἀρχὰς valde imperfectus est, qui nempe, reliquo capite omisso, pro iis haec habet: ἁπλῶς δὲ, ὅπερ ἔφην, ἀρχὴ ἀριθμῶν ἡ μονὰς, καὶ ἀριθμητῶν τὸ ἕν· καὶ τῷ μὲν ἕπεται τὰ δύο, τῇ δὲ ἡ δυάς:

P. 29. Πάσας κατὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις. Heerenius locum, qui etiam a Stobaeo conservatur, minime intellexit, illum ita interpretans: « Nam αἱ τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν οἱ ἄρτιοι καὶ περιττοὶ νοοῦνται, sunt placita Pythagoricorum, quibus paris et imparis numeri natura explicatur." Verum sensus est: Pythagorei statuebant numerorum principia esse terminorum expositiones, quibus serie continua pares et impares intelliguntur. Quid sit ὅρος docet Theon *de Music.* Cap. XX. pag. 114: ὅρους δὲ λέγομεν τὰ ὁμογενῆ, ἢ ὁμοιδῆ λαμβανόμενα εἰς σύγκρισιν· οἷον ὅταν σκεπτώμεθα τίνα λόγον ἔχει τάλαντον πρὸς μνᾶν· ὁμογενεῖς ὅρους φαμὲν τὸ τάλαντον καὶ τὴν μνᾶν, ὅτι ἀμφοῖν γένος τὸ βαρὺ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς λόγος.

Ὡς ἐν ἀριθμοῖς μόνον αὐτὸ ἕν. *Quemadmodum in numeris solum ipsum unum.* Sensus est: Alii numerorum principium *Monadem* non tantum, sed etiam *unum* esse statuebant. Qui autem numerorum principium *Unum* esse volebant, hi quidem *Unum* intelligebant ὡς ἓν ἀριθμοῖς i. e. *Unum* abstractum illud, non autem τὸ ἕν i. e. τὸ ἓν ἐν αἰσθητοῖς *Unum* cum corporea concretione

conjunctum. Eo igitur sensu *Monas* et *Unum* idem est πᾶσης ἀπηλλαγμένον διαφορᾶς.

Ἄρχυτας καὶ Φιλόλαος. Incertum est in quo libro haec sententia ab Archyta fuerit exposita, utrum in libro de Disciplina Mathematica an in alio περὶ τῆς δεκάδος, quem citat Theon *de Musica* Cap. XLIX. pag. 166, ubi eadem ratione Philolai commemoratio subjungitur. Jos. Navarro in *Tentam. de Archyt.* Cap. VII. pag. 54. haec Theonis verba laudat, quae ad illum Archytae librum referre velle videtur, de discrimine inter unitatem et unum, nescio quam, obscuritatem deprehendens. Sed fieri tamen potest, ut ea, quae à Smyrnaeo ex Archytae doctrina proferuntur, petita sint e libro περὶ μαθηματικῆς ἐπιστήμης. Cff. Fabricius *Bibl. Graec.* Vol. I. pag. 493 sq. et Jos. Navarro *Tentam. de Archytae Tarentini vita et scriptis*, Hafniae 1820. De Philalao Crotoniate Fabricius l. c. pag. 513.

Προστιθέασι τῷ μονάδα. Recte Bullialdus vertit *unitatis nomini addunt* αὐτὴν τὴν πρώτην μονάδα: quod tamen non opus esset, nam *primam* praemittunt, quasi sit aliqua unitas non prima, quae est universalior et ipsa unitas et unum: nam unitas, utpote idea abstracta unius, prima est et universalis, ita ut diserta indicatione non opus sit, unitatem scilicet esse primam, quippe quod per se patet. Quid Theon dicere voluerit, satis intelligitur. Non ita facilis verborum structura, in qua haereo. Omnes MSS. libri consentiunt. Verosimilis emendatio mihi nondum in mentem venit, quare ob omni leviori conjectura potius abstineam, sperans fore, ut in his aliorum mihi doctrina et judicium prosit.

P. 30. Ἔνιοι δὲ ἑτέραν διαφορὰν . . . τοῦ μὴ ἀλλοιοῦσθαι. Haec Bullialdus pag. 230. notavit: « Alia di-

distinctio unius, et unitatis; Unum hic accipitur pro illa unitate, qua res unaquaeque una dicitur, sive sit genus, sive species, aut individuum, quae in nullo entium genere alteratur, quia ipsa est, quae rem constituit, et determinat per singulas categorias, et determinando naturam illius, suae immutabilitatis facit participem, quae unitas transcendentalis etiam est, non quantitativa, ut Scholasticorum verbis utar: propterea unitatem non alterat, quia non est unitas principium numeri, quae unitati addita primam alterationem facit, et dualitatem, nec etiam ea est, quae impari addita constituat parem. Et totam differentiam in eo consistere ait, quod unum est definitum, et terminus, unitates vero infinitae, quibus verbis satis patet, per Unum intelligi unitatem illam, qua unumquodque constituitur, et ab aliis distinguitur, et per μονάδα intelligi numeri principium, ἑνὰς vero in Philebo accipitur τοῦ ἑνὸς μετοχὴ, sicut δεκὰς, participatio essentiae et formae Denarii. Porro in textu Theonis aliquid mihi corrigendum videtur, habent omnes libri οὔτε τῇ μονάδι, καὶ τοῖς περιττοῖς, αἴτιόν ἐστι τοῦ μὴ ἀλλοιοῦσθαι κατ' οὐσίαν, sed legendum puto αἴτιόν ἐστι τοῦ ἀλλοιοῦσθαι, quia in hac unius, et unitatis distinctione, opponitur haec uni, quod additione multiplicare possit et formas omnium numerorum mutare, ut ternarii in quaternarium, et hujus in quinarium: illud vero ὡρισμένον, καὶ πέρας sit, propterea non erit causa cur mutentur unitas et impar in numeris, quia unum illud est tantum id, quod rem in sua essentia determinat, et circumscribit, et ab aliis secernit, et separat: non additur, non subtrahitur, non dividitur, aut multiplicatur, quare nec unitati additum binarium efficiet, nec pari imparem, aut contra: nec ex aequali superparticularem,

aut

aut subcontrarium efficiet, quare valde probabilis videtur correctio nostra. Quod si legamus μὴ ἀλλοιοῦσθαι, nihil ad rem; nam, cum non sit quantitativum illud unum, non bene dicitur; *causa non est, cur non mutentur unitas, et impar*, qui immutabiles non sunt, sed additione, et subtractione immutantur." Huc usque Bullialdus: et recte adverbium μὴ delendum esse censet. Nam illud ἓν, quod alia corpora ab aliis distinguit, cum non sit τὸ ἓν ἐν νοητοῖς i. e. μονὰς, sed τὸ ἓν ἐν αἰσθητοῖς, non potest causa esse, cur impares secundum essentiam mutari possint. Subtilissimae sunt ejusmodi distinctiones, quae ad contemplativam philosophiam pertinent, non autem ad disciplinam plane Arithmeticam.

Παρὰ Πλάτωνι ἐνάδες εἴρηνται ἐν τῷ φιλήβῳ. Plato in Philebo multa ex intima Pythagoreorum doctrina tradidit. Disserit autem de uno illo infinito, multa unum esse probans, ad quod res omnes revocantur, nec voluptatem per se considerandam esse, cum Unius infiniti immensitate comprehendatur. Hujus disputationis locum ante oculos habuisse videtur Theon. Nempe ita Plato *in Phileb.* pag. 15, A. ὁπόταν τὸ ἓν μὴ τῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων τις τιθῆται, καθάπερ ἀρτίους ἡμεῖς εἴπομεν· ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον ἕν, ὅπερ εἴπομεν νῦν δή, ξυγκεχώρηται, τὸ μὴ δεῖν ἐλέγχειν. ὅταν δέ τις ἕνα ἄνθρωπον ἐπιχειρῇ τίθεσθαι καὶ βοῦν ἕνα καὶ τὸ καλὸν ἕν καὶ τἀγαθὸν ἕν, περὶ τούτων τῶν ἑνάδων καὶ τῶν τοιούτων ἡ πολλὴ σπουδή, μετὰ διαιρέσεως ἀμφισβήτησις γίγνεται. Cujus et similium locorum, quibus ἑνάδες dicuntur, Theon non ita rem ipsam, quam quidem dictionem ἑνάδων commentatur. — παρὰ τὴν ἑνάδα scripsimus e Cod. Regio tertio et MS. Scaligeri, quoniam παρὰ praecedit. Bullialdus dedit περὶ τὴν ἑνάδα.

P. 51.

CAPUT QUINTUM.

P. 31. Καὶ ἄρτιοι μέν εἰσιν οἱ ἐπιδεχόμενοι τὴν εἰς ἴσα διαίρεσιν. Haec Theonis definitio minus recta, nisi, quod mihi credibilius esse videtur, vox δύο exciderit. Omnino scribendum erat τὴν εἰς δύο ἴσα διαίρεσιν. Sic Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 7. pag. 75, qui, relatis numerorum parium et imparium definitionibus, antiquiorem illam definitionem memorat: ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ κατὰ τὸ παλαιὸν ἄρτιός ἐστιν ὁ καὶ εἰς δύο ἴσα τμηθῆναι δυνάμενος καὶ εἰς ἄνισα δύο, κ. τ. λ. Haec recte. Theon autem hac parium numerorum definitione, illos ab impariibus non distinguit. Nam pares numeri non tantum, sed impares etiam, in partes dividi possunt aequales. Soli autem numeri pares in partes duas aequales. Veluti, ut hoc utar, numerus impar *novem* in tres partes aequales dividitur, quae partes singulae sunt *tria*; etiam numerus impar *viginti quinque* in quinque partes aequales dividitur, quae singulae *quinque* sunt.

P. 32. Ἀλλ' οὐδ' ὅλως διαιρεῖται. Monadem, i. e. *unitatem indefinitam abstractam*, non dividi, pluribus docuit Theon supra Cap. III. pag. 26 sq., qui locus conferendus est. Cur mox προσθῇς scripserim pro προσθεὶς, praeterquam quod suadeat MSS. auctoritas, causa est praecedens κᾷν. Exemplis, quae ubivis occurrunt, nobis non opus est.

Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ Πυθαγορικῷ. Diog. Laërtius catalogum librorum Aristotelicorum exhibens, unum memorat Aristotelis librum περὶ φιλοσοφίας Lib. V. s. 22. alterum περὶ τῶν Πυθαγορείων et tertium πρὸς τοὺς Πυθαγορείους Lib. V. s. 25. Simplicius in Lib. II. *de Coelo* et Lib. IV. *Physic.* Aristotelis libros citat, qui συλλογὴ τῶν

τοῖς Πυθαγορείοις ἀρεσκόντων inscripti erant. Hi libri ab aliis etiam memorantur, quos videas apud Fabricium *Bibl. Graec.* Lib. III. Cap. 6. Vol. II. pag. 204, et pag. 196, qui omnes illos Aristotelis libros partes fuisse existimat librorum περὶ φιλοσοφίας, quibus philosophorum placita relata essent ab Aristotele. Hanc Fabricii conjecturam verba Jamblichi *in vita Pythag.* Cap. VI. s. 31. aliquantum confirmare videntur, quippe quae Aristotelis sententiam quamdam memorant, ἐν τοῖς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας demonstratam. Ceterum Bullialdi animadversionem pag. 231. partim repetam. Haec autem ait: « Ratio ista Aristotelis non valet quidquam, nam si unitas ideo participat de pari et impari numero, quia uni addita alterum efficit, idem accidit ternario, qui omni pari additus facit imparem, et omni impari imparem: falsum est tamen ternarium esse parem: non negandum tamen unitatem esse ἀρτιοπέριττον potentia, quemadmodum est trigonum, quadratum, cetera. »

Ἀρχύτας. Incertum quo in libro. Videantur tamen quae de Archyta notavimus supra ad Cap. IV. pag. 142.

Ἀρτίου δὲ πρώτη ἰδέα. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 86, C. τὴν δυάδα εὐλόγως οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου ἀόριστον ἔφασαν εἶναι, διότι καθ' ἑαυτὴν οὐδ' ὁτιοῦν περιορίζεται σχῆμα. Conf. *Theologum. Arithm.* Cap. II. pag. 7. Ceterum hic locus conferendus est, cum alio Moderati, quem integrum in *Praemon.* Cap. III. §. 4. pag. LII. expressimus, quo melius intelligatur, quid veteres philosophi Numeris, veluti indiciis recentibus, monstrare solerent, et ipsae res, numerorum nominibus distinctae, qualem haberent cum illorum natura similitudinem. Uberius illa in Theologumenis Arithmeticis explicantur, sed plura in iis reperies, quae sanam vix patiuntur interpretationem.

P. 33.

P. 33. Οἱ δὲ ἑξῆς ἑπόμενοι τούτοις ὅροι. Intelligit numeros, qui deinceps ordine sequuntur naturali 1, 2, 3, 4 ceteros: quod sequentia satis explicant. Quomodo ὅρους *terminos* definiverit Theon, notavimus supra ad Cap. IV. pag. 141. ejus verbis e libello *de Music.* Cap. XX. pag. 114. allatis.

Ὑπεροχή. Nomine ὑπεροχὴ *excessus* et verbo ὑπερέχειν *excedere* veteres Mathematici utuntur de numeris, qui aliis majores sunt, quorum magnitudo alios excedit, quemadmodum etiam infra Cap. XIII. pag. 42. μονὰδι ὑπερέχειν. Aliter tamen Cap. XVI. pag. 45. ὑπερέχειν τινος, et passive ὑπερέχομαι ὑπό τινος. Recentiores Mathematici numerum, quem Graeci ὑπερέχειν ajebant, *differentiam* appellant numerorum serie decurrentium.

Μονὰδος γὰρ ἕκαστος . . . . τοῦ πρότερου πλεονάζει. Recte Bullialdus pro μονάδος legendum esse monet μονάδι. Nam Theon infra Cap. XIII. pag. 41. ἔστι δὲ ὁ τῷ περισσῷ ἀριθμῷ μονάδι πλεονάζων καὶ ἄρτιος, in quibus recte legitur μονάδι, sed alter Dativus casus in Genitivum mutandus est, ut scribatur τοῦ περισσοῦ ἀριθμοῦ μονάδι πλεονάζων. Simplex πλεονάζειν τινος *alii praeferri* saepius occurrit. Comparato et emendato utroque Theonis loco πλεονάζειν τινι τινος *aliquid re aliquid superare* notat cujus structurae etiam exemplum occurrit in *Theologum. Arithm.* Cap. VII. pag. 44. ὅσῳ πλεονάζει τοῦ ἑνὸς ὁ δ', τοσούτῳ τοῦ δέκα ὁ ζ' λειπόμενος, καὶ ἐναλλάξ, ὅσῳ τοῦ ι' ὁ δ' λείπεται τοσούτῳ τοῦ α' ὁ ζ' πλεονάζων. Partim ad illam structuram πλεονάζειν τινι pertinent verba Strabonis *Geogr.* Lib. II. Cap. 1. pag. 213. τριακοσιοῖς μόνον πλεονάσας ad quem locum Siebenkees *in Annot.* Tom. VII. pag. 487. citat Hemsterhusium *ad Scholiast. Aristoph. Plut.* pag. 11. et Schaefferum *ad Dionys. Halicarn. de Compos.*

pag. 303. verbum πλεονάζειν illustrantes. Ceterum inepta est lectio, quam Codd. Regii et Cod. Vossii habent, pro πλεονάζει verbo πλησιάζει scripto.

Τοὺς λόγους . . . σχέσεως. Quid sit λόγος, *ratio* in rebus Mathematicis explicat Theon *de Music.* Cap. XIX. pag. 113. λόγος δέ ἐστιν ὁ κατ' ἀνάλογόν (*Ast.*, pag. 304, ἀναλογίαν, *recte.*) δυοῖν ὅρων ὁμογενῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ποιὰ σχέσις. Σχέσις autem est respectus quidam numerorum, habitudo. Haec rationum habitudo ἀναλογίαν *proportionem* efficit. Theon *de Music.* Cap. XXI. pag. 115. ἀναλογία δέ ἐστιν λόγων ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιὰ σχέσις, οἷον ὡς δύο πρὸς ἕν, οὕτως ὀκτὼ πρὸς τέσσαρα. Conf. Platonis *Timaeus* pag. 31, A. Eadem est μεσότης *Mediëtas.* Nam geometrica Mediëtas proportio dici solebat: Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 24. pag. 141. καὶ τόσα μὲν δὴ ἡμῖν περὶ τῆς ἀριθμητικῆς μεσότητος, ἡ δὲ ἐπὶ ταύτῃ συνεχὴς γεωμετρικὴ μεσότης, κυρίως ἀναλογία μόνη καλουμένη διὰ τὸ ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον θεωρεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἐν αὐτῇ ὅρους. Conf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 141, C. et pag. 147, B. — Aliter tamen proportionem definivit Theon *de Musica* Cap. XXXI. pag. 128, et differentiam explicat inter Proportionem et Mediëtatem, Cap. XXXII. pag. 132. Conf. quae notavit Astius *ad Nicom. Arithm.* Lib. II. 21. pag. 304.

Παρ' ἕνα θεωρούμενοι. Scribit etiam Theon ἕνα παρ' ἕνα veluti infra Cap. XX. pag. 55. Saepius tamen παρ' ἕνα *vicissim*, quod etiam Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 86, A. et pag. 116, A. et passim: de his vide Schaefferum *ad Gregor. de Dial.* pag. 264.

CA-

CAPUT SEXTUM.

P. 34. Γραμμικοὶ καὶ εὐθυμετρικοί. Haec Bullialdus pag. 231. « Quia non admittunt divisionem integram, et propterea duo in illis concipi nequeunt latera, quibus claudi intelligitur superficies, hanc ob causam considerantur ut longitudines. Thymaridas eos appellat εὐθυγραμμικοὺς, ut refert Jamblichus (ad *Nicom. Arithm.* pag. 56, B, *cujus integrum locum potius adscribam*) πρῶτος μὲν οὖν καὶ ἀσύνθετος ἀριθμός ἐστι περισσὸς, ὃς ὑπὸ μόνης μονάδος πληρούντως μετρεῖται, οὐκέτι δὲ καὶ ὑπ' ἄλλου τινὸς μέρους, (.) καὶ ἐπὶ μίαν δὲ διάστασιν προβήσεται ὁ τοιοῦτος· διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸν καὶ εὐθυμετρικόν τινες καλοῦσι. Θυμαρίδας δὲ καὶ εὐθυγραμμικόν. Hi numeri διὰ κοσκίνου (Conf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 42, A.) tamquam per cribrum, inveniuntur, expositis imparibus a ternario quam plurimis, et omissa uno inter binos medio, tamquam e cribro ejecto, ut in his 3, 5, 7, 9, 11, 13, 15, 17, 19, 21. Sunt enim 5 et 7, 11 et 13, 17 et 19, inter se primi et incompositi; at 9, 15 et 21 imparem primum nempe *ternarium* communem habent mensuram." Quibus Bullialdi addatur Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 80, B, ἰδίως δὲ εὐθυγραμμικοὶ καλοῦνται, οἱ διαγράμμα ἐπίπεδον μὴ ποιοῦντες. ὡς ὁ ε' καὶ ὁ ζ' καὶ οἱ ὅμοιοι. εὐθυμετρικοὶ δὲ καλοῦνται διὰ τὸ καθ' εὐθεῖαν μετρεῖσθαι ὑπὸ (ἀπὸ) μονάδος. Cf. *Theologum. Arithm.* Cap. VII. pag. 44. — κατὰ μίαν διάστασιν. Bullialdus vertit *uno interstitio*, i. e. una distantia, quia numeri incomposiți et *lineares*, utpote e duorum multiplicatione non orti, nullam possunt efficere figuram, quae duabus aut tribus distantiis metitur.

Ὥστε ὀνομάζεσθαι αὐτοὺς πευταχῶς, πρώτους,

Primi numeri etiam appellantur, numeri a quibus series numerorum progrediens orditur. Quemadmodum infra Cap. XIII. pag. 42. τοῦ πρώτου (scilicet ἀριθμοῦ) ἐπὶ τὸν ἑξῆς πολλαπλασιαζομένου, Cap. XIX. pag. 53. τοῖς πρώτοις ἀριθμοῖς. Cap. XXIII. pag. 59. τῷ πρώτῳ ἀριθμῷ τοῦ ἑξῆς . . . προστιθεμένου.

Ἐκ τοῦ πολλαπλασιασμοῦ αὐτῶν. In iis αὐτῶν refertur oum ad antecedens τρία, tum ad sequens μονάδος, ex quorum multiplicatione τρία generantur. Similiter Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 11. pag. 82. ad quem locum Astius pag. 235. laudat Jamblichum *in Nicom. Arithm.* pag. 56, C.

P. 35. Μειζόνων τῆς μονάδος ἀριθμῶν. Sic scripsimus, auctoritate Codd. duorum e Bibliotheca Regia et Cod. Vossii, quae verba recta esse jam monuit Bullialdus, in margine editionis pag. 53. Ipse enim ad fidem MS. Thuani ediderat μονάδων τῆς μονάδος ἀριθμὸν quae nullum sensum praebent. — πλὴν τῆς δυάδος. Quae ad haec verba notavit Bullialdus, pag. 231, repetere non opus est, nam locus per se intellectu facillimus.

Οἱ κοινῷ μέτρῳ. Substantivum μέτρῳ ideo non edidit Bullialdus, quoniam aberat a MS. Thuani, quem diligenter ubique expressit. Omnino recipiendum erat.

CAPUT SEPTIMUM.

P. 36. Σύνθετοι δέ εἰσιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ. Bullialdus ex uno MS. Thuani corrupte ediderat σύνθετοι δέ εἰσιν οἱ πρὸς ἑαυτοὺς οἱ κ. τ. λ. Quod prius οἱ elidendum esse existimavi auctoritate reliquorum MSS. — Mox κοινῷ ὡτινιοῦν μέτρῳ scripsimus, in quibus μέτρῳ non ediderat Bullialdus, licet in versione expressisset.

Nes-

Nescio igitur, an omiserint Codd. Regii et MS. Thuani: sed Cod. Vossii et MS. Scaligeri addunt, et recte hi quidem, nam omnino requiritur. Ceterum μέτρον κοινὸν ejusmodi numerum intelligunt, qui est divisor plurium numerorum, veluti numerus 5 est mensura communis sive divisor communis numerorum 10, 25, 40 et 45.

P. 57. Ἀόριστος δυάς. Est hoc Pythagoreorum placitum, qui Binarium indefinitum appellabant, quorum rationem explicat Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 86, D: τὴν δυάδα εὐλόγως οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου ἀόριστον ἔφασαν εἶναι, διότι καθ' ἑαυτὴν οὐδ' ὁτιοῦν περιορίζεται σχῆμα. πρῶτον γὰρ εὐθύγραμμον καὶ στοιχεῖον ἐπίπεδον τὸ τρίγωνον. Idem Pythagoreorum placitum attigit auctor *Theologum. Arithm.* Cap. I. pag. 7. Bullialdus pag. 232, haec notavit, quae adscribere operae pretium est. « Binarius dicitur indeterminatus multas ob causas: primo quia ab unitate excedit: secundo quia non habet principium medium et finem, ut ternarius: tertio quia nec actu nec potentia est secundum aliquam figuram terminatus: non est etiam proprie numerus binarius sed est ἀρχοειδὴς, prout considerant illum Pythagorici."

Πρώτη οὖσα ἑτερότης. *Duas* philosophis prima erat diversitas sive alteratio, videantur, quos citat Astius ad *Theologum. Arithm.* Cap. II. pag. 164. Aristid. Quintil. *Music.* Lib. III. pag. 121. *Ed. Meibom.* Plutarchus *de de Anim. Procreat. e Timaeo* pag. 1012. aliique. Quomodo existat ἑτερότης, Theon explicat infra Cap. XVII. pag. 49. dicens ἡ δὲ τῆς μονάδος τῷ ἑτέρῳ ἀριθμῷ προσθήκη πρώτην ποιεῖ ἑτερότητα.

CA-

CAPUT OCTAVUM.

Περὶ ἀρτιάκις ἀρτίων. Absunt haec verba a MS. Scaligeri. Cod. Vossii hoc caput in duo alia distinguit, quorum hoc agit de differentia numerorum parium, illud vero de pariter paribus initium ducens a verbis ἀρτιάκις μὲν οὖν ἀρτίου τὸ σημεῖον τοῦτο κ. τ. λ. in quibus particulam οὖν recepimus ex eodem Cod. Vossiano, qualis utriusque particulae conjunctio Theonis consuetudinem refert. Conf. infra Cap. XV, et Cap. XVI. pag. 44. et alibi passim.

Ἀρτιάκις μὲν οὖν ἀρτίου. Bullialdus pag. 232. haec animadvertit. « Tres proprietates, quibus pariter par cognoscitur, enumerat: Euclides autem reprehenditur ab Asclepio *in Comment. in Lib. I. Nicomachi*, ἐντεῦθεν τοίνυν ἐλέγχεται ὁ Εὐκλείδης κακῶς ὁρισάμενος, ἐν τῷ ἑβδόμῳ βιβλίῳ, τὸν ἀρτιάκις ἄρτιον ἀριθμόν. φησὶν γὰρ, ὅτι ἀρτιάκις ἄρτιος ἀριθμός ἐστι, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρούμενος κατὰ ἄρτιον ἀριθμόν. τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ καὶ οἱ ἄρτιοι μόνως, καὶ μὴ ὄντες ἀρτιάκις ἄρτιοι εὑρεθήσονται. Ab Jamblicho (*ad Nicom. Arithm.* pag. 27, B, pag. 31, C, pag. 34, A.) pariter reprehenditur Euclides ob eandem definitionem. Ita est: nam 24, verbi causa, metitur 6 par, quaternario pari; sed 24 non est pariter par: nam antequam ad unitatem pervenerit divisio sistitur: 24 in 12 et 12 dividitur, 12 in 6 et 6, hic postremus in 3 et 3. Hic divisio sistitur, nec ultra progreditur. Merito igitur Euclides reprehensus est, cujus definitio imperfecta est et arctior, quam oporteat.”

P. 38. Ὁμώνυμον εἶναι περιττῷ. Numerorum μέρη sunt imparibus ὁμώνυμα, si numerus aliquis impar indicat, quot ejusmodi partibus totum absolvitur: quales sunt

sunt pars tertia, pars quinta, pars septima, quoniam numeri tres, quinque et septem sunt impares. Μέρη ὁμάνυμα ἀρτίοις contra, sunt partes, quae paribus numeris distinguuntur, quemadmodum pars quarta, pars sexta, ceterae, quoniam quatuor et sex sunt numeri pares.

Τέταρτον ὁ η', ὄγδοον ὁ δ'. Intellige μέρος: sic scripsimus. Sed Bullialdus ediderat δ^ον ὁ η', η^ον ὁ δ', quales notae compendiariae saepius in MSS. occurrunt. Nam in MS. Scaligeri Δ^ον plerumque scribitur pro τρίγωνον, et □^ον vel □^α pro τετράγωνον et τετράγωνοι. Sic etiam Cod. Vossii pro iis, quae Bullialdus ita dederat, θεωρούμενον καὶ τέταρτον καὶ η', habet θεώρούμενον καὶ δ^ον καὶ η^ον, cujus igitur Cod. auctoritate scripsimus, τέταρτον καὶ ὄγδοον. — Extrema verba ita intelligenda sunt: ipsae hae partes sunt pares: nam semissis tamquam binarius consideratur, similiter quarta pars ut quaternarius, octava pars ut octonarius. Sunt autem binarius, quaternarius et octonarius ἐμώνυμοι ἀρτίοις, quoniam sunt numeri pares, quippe qui divisionem in duas partes aequales admittunt.

CAPUT NONUM.

P. 59. Ἀρτιοπέριττοι δέ εἰσιν. Alia est definitio Nicomachi Lib. I. Cap. 9. pag. 78. ἀρτιοπέριττος δέ ἐστιν ἀριθμὸς ὁ τῷ γένει καὶ αὐτὸς ἄρτιος ὤν, ἀντιδιαστελλόμενος δὲ εἰδικῶς τῷ προφρασθέντι ἀρτιάκις ἀρτίῳ, ὁ τὴν μὲν εἰς δύο ἴσα διαίρεσιν ἐπιδεχόμενος κατὰ τὸ κοινὸν γένος τῶν μέντοι μερῶν ἑκάτερον εὐθὺς εἰς δύο ἴσα ἄτμητον ἔχων. Conf. Astius pag. 224. laudans Jamblichi verba *in Nicom. Arithm.* pag. 29, B. ἀρτιοπέρισσος δέ ἐστιν ὁ καὶ αὐτὸς μὲν εἰς δύο ἴσα κατὰ τὸ κοινὸν διαιρούμενος. οὐ μὲν τοί (μέντοι) γε τὰ μέρη ἔτι διαιρετὰ ἔχων, ἀλλ' εὐθὺς ἑκάτερον περισσὸν. ἔνθεν καὶ ὠνομάσ-

ὅτι, ὅτι ἄρτιος ὢν τὰ μέγιστα μέρη εὐθὺς περισσὰ ἔχει, ἢ μᾶλλον, ὅτι τοῖς τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν ὀνόμασιν αἱ αὐτῶν δυνάμεις ἀντιπροιοῦσιν, ἄρτιαι μὲν οὖσαι περισσανυμούντων ἐκείνων, περισσαὶ δὲ ἀρτιωνυμούντων. Bullialdus pag. 233. eundem Jamblichi locum adducens, dedit ἀρτιωνυμοῦσι.

Τῶν γὰρ ἓξ τὰ μὲν γ' ἥμισυ, τὰ δὲ τρία. Bullialdus e MS. Thuani ediderat τὰ μὲν γ' ὡς τὰ τρία, ipse in annotatione pag. 228. scripturam Cod. Regii tertii probans; etenim librarios scripturae compendia fefellisse docet, qui abbreviationem particulae ὡς non distinguerent ab ἐπισήμῳ nominis ἡμίσεως. Ceterum scripturae diversitatem notavimus, in lectionis varietate; de qua semel monuisse sufficiat, maximam ubique esse MSS. inconstantiam, in numerorum signis, quorum diversitatem in notando plerumque omisimus, cum totae interdum plagulae vix sufficerent, si quis omnem illam MSS. farraginem exhaurire vellet.

CAPUT DECIMUM.

Περισσάκις δὲ ἄρτιαί εἰσιν. Operae pretium est Jamblichi locum, quem explicuit etiam Bullialdus ad hunc locum, pag. 233, conferre cum Theonis definitione, ut intelligatur, quinam Euclidis error fuisse perhibeatur, in definiendis numeris pariter paribus et impariter imparibus. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 51, C: ἔτι σαφέστερον περὶ τοῦ τρίτου λέγωμεν, αὐτὸ τοῦ Εὐκλείδου ῥητὸν προεκθέμενοι περὶ αὐτοῦ. Λέγει γὰρ οὕτως· ἀρτιοπέρισσός ἀριθμός ἐστιν, ὁ ὑπ' ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρούμενος περισσάκις, ὃς αὐτὸς καὶ περισσάρτιός ἐστι. καὶ γὰρ ὑπὸ περισσοῦ μετρεῖται ἀρτιάκις. οἷον λόγου χάριν (χάριν) ὁ ς'. ἐὰν μὲν γὰρ δὶς τρία λέγωμεν, ἀρ-

ἀρτιοπέρισσος, ἐὰν δὲ τρὶς δύο, περισσάρτιος. πάνυ εὐήθως· Ἀλλὰ καὶ, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἀριθμητικῶν, τοὺς τρεῖς εἰς ἕνα συγχέει, δουλεύων δηλονότι τῇ τοῦ ὀνόματος ἐμφάσει. Φησὶ γὰρ, ἐὰν ἄρτιος ἀριθμὸς τὸ ἥμισυ ἔχῃ περισσὸν, ἀρτιάκις τε ἐστὶ περισσὸς, καὶ περισσάκις ἄρτιος. τὸ αὐτὸ δηλονότι τοῖς ἔμπροσθεν λέγων. Εἶτα ἐπιφέρει, ἐὰν ἄρτιος, μήτε τὸ ἥμισυ ἔχῃ περισσὸν, μήτε τῶν ἀπὸ μονάδος ᾗ διπλασιαζομένων, ἀρτιάκις τε ἐστὶν ἄρτιος καὶ ἀρτιάκις περισσὸς ὁ αὐτὸς, καὶ περισσάκις ἄρτιος. Καὶ ὁ μὲν Εὐκλείδης οὕτως. Ipsa Euclidis verba, a Jamblicho exagitata, haec sunt; Lib. VII. Def. 9. ἀρτιάκις δὲ περισσός ἐστιν, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρούμενος, κατὰ περισσὸν ἀριθμόν. Lib. IX. Def. 33. ἐὰν ἄριθμὸς τὸν ἥμισην ἔχῃ περισσὸν, ἀρτιάκις περισσός ἐστι μόνον. Def. 34. ἐὰν ἄρτιος ἀριθμὸς, μήτε τῶν ἀπὸ δυάδος διπλασιαζομένων ᾗ, μήτε τὸν ἥμισην ἔχῃ περισσὸν, ἀρτιάκις τε ἄρτιός ἐστι καὶ ἀρτιάκις περισσός. Jamblichus igitur in Def. 33, vocula μόνον omissa, ejus loco alia καὶ περισσάκις ἄρτιος reposuit, quemadmodum in Def. 34, scripto nomine μονάδος pro δυάδος, etiam καὶ περισσάκις ἄρτιος adjecit. Bullialdo tamen non adsentior dicenti: « oportet igitur aut Jamblichum libros Euclidis a nostris variantes legisse, et inde transscripsisse, aut de suo addidisse; quod postremum minus verosimile mihi videtur." Nimirum veteres in aliorum locis citandis, non ita diligentes esse solent, ut plurima interdum non omittantur.

P. 40. Εἰς ἴσα μὲν ἄρτια μέρη. Conf. Nicomachi *Arithm.* Lib. I. Cap. 10. pag. 79 sq. illam numeri impariter paris proprietatem explicans: ἔστι δὲ, ὅταν ἀριθμὸς ἄρτιος, εἰς δύο ἴσα διαιρεθῆναι δυνάμενος, διαιρούμενα ὁμοίως τὰ ἑαυτοῦ μέρη ἔχῃ, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῶν μερῶν τὰ μέρη, μέχρι μέντοι μονάδος μὴ δυνάμενος τὴν τῶν μερῶν λύσιν ἀγαγεῖν· κ. τ. λ.

Εἰς δ' καὶ δ' καὶ δ'. Postremum illud καὶ δ' trium MSS. auctoritate recepimus, utpote quod ab aliis vitiose aberat. Quatuor enim ter sumendum, ut summa sit aequalis duodecim. Saepius ejusmodi numeros, qui exempli causa adponuntur, librarii perturbant.

CAPUT UNDECIMUM.

Περὶ ἰσάκις ἴσων. Cod. Vossii aliam habet hujus Capitis inscriptionem, ἐπιδιαίρεσις τῶν συνθέτων, quae tamen a librario quodam orta esse censeo. — ἰσάκις ἴσοι. Jamblichus in *Nicom. Arithm.* pag. 110, B. δύο γὰρ τὸ ἄνισον, ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις, ἡ δὲ μονὰς τῶν τετραγώνων, διόπερ καὶ ἰσάκις ἴσοι, ἀρχὴ γὰρ τῶν ἴσων τὸ ἓν καὶ ἡ μονὰς, εἴγε τὸ ἴσον ἓν πρὸς ἓν ἐστι, καὶ τὰ ἴσα καθ' ἕνα λόγον ἐστὶν ἴσα.

Καὶ ἐπίπεδοι. Codex Vossii his adjungit οἱ δὲ ἀνισάκις ἄνισοι, quae translata sunt e Capite sequenti, quod iisdem verbis orditur. Ceterum quid sint ἀριθμοὶ ἐπίπεδοι docet Theon, infra Cap. XVIII. pag. 49, et ad numeros aequaliter aequales etiam recurrit Cap. XXI. pag. 57, ubi diligentius explicatur, quasnam partes illi numeri agant inter numeros planos.

CAPUT DUODECIMUM.

P. 41. Περὶ ἀνισάκις ἀνίσων. Abest illa inscriptio a Cod. Vossii, qui, hoc caput antecedenti adnectens, ut modo ante ad Cap. XI. notavimus, priora verba οἱ δὲ ἀνισάκις ἄνισοι omittit, et mox, post πολλαπλασιασθῶσιν, addit ἀνισάκις ἄνισοι γίνονται. Difficile est judicatu, an duo haec Capita recte in unum coalescant, quod tamen aliquam ha-

habet defensionem ex inscriptione et ex initio Cap. XXI. pag. 57. Licet, ad illius Codicis Vossiani scripturam, extum mutare noluerim, equidem, aliis aliud relinquens udicium, duo haec Capita revera unum esse existimo, robata in omnibus hac Codicis Vossiani scriptura.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Τούτων. Nempe ἀνισάκις ἀνίσων, qui superiori Capite expliciti erant. Cf. Theon infra Cap. XXI. pag. 57.

Τῷ πεπερισσῷ ἀριθμῷ. Dativum casum in Genitivum mutandum esse, monuimus supra ad Cap. V. pag. 147, ubi illam verbi πλεονάζειν structuram illustravimus. — Περισσὴ οὖσα. Cf. Theon supra Cap. V. pag. 32.

Τὴν ἑτερότητα. Quid sit ἑτερότης, notavimus supra ad Cap. VII. pag. 151.

P. 42. Οἷον ἐκκεῖσθωσαν ἄρτιοι. Conff. quae Theon infra Cap. XIX. pag. 50. pluribus explicuit. Bullialdus pag. 234. notat, Cod. Regium tertium hanc habere seriem numerorum parium, ordine expositorum et ex additione eorum collectos inter medios.

β ς, δ ιβ, ς κ, η λ, ι μβ, ιβ νς, ιδ οβ, ις ϙ, ιη.

Κατὰ δὲ πολλαπλασιασμόν. Conf. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 18. pag. 132. ἑτερομήκης μὲν γάρ ἐστιν, ὡς προελέχθη, ὁ γινόμενος ὑπὸ ἀριθμοῦ τοῦ μονάδι ἑαυτοῦ μείζονα πολυπλασιάσαντος, οἷον ὁ ς ὑπὸ τοῦ δὶς γ, καὶ ὁ ιβ ὑπὸ τοῦ τρὶς δ. Conf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 105 sqq., qui locus longior est, quam qui adscribatur.

Τοῦ πρώτου ἐπὶ τὸν ἑξῆς. *Primo*, vel praecedente numero in sequentem multiplicato. Non intelligit nu-

meros primos, quos explicuit Theon supra Cap. VI. pag. 54.

P. 43. Κέκλιηνται. Ad hunc locum Bullialdus pag. 234. verba exposuit Jamblichi *in Nicom. Arithm.* pag. 105, D, Euclidis errorem, in definitionibus numerorum altera parte longiorum et oblongorum constituendis, uberius exagitantis.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Περὶ παραλληλογράμμων ἀριθμῶν. Cod. Vossii in inscriptione hujus capitis et proxime sequentis ἀριθμῶν omittit: et sane in aliorum capitum inscriptionibus illud nomen ab omnibus MS. abest, ita ut verosimiliter recta sit scriptura Cod. Vossiani. Sed res non tantum mihi valere visa est, ut sive emendatione sive mutatione textus indigeret. Recte Bullialdus infra, ad Caput XVII. pag. 236, monuit Numeros parallelogrammos et oblongos fere eosdem esse, vide quae infra notavimus ad Cap. XVII.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Τετράγωνοί εἰσιν οἱ κ. τ. λ. Ipsos numeros quadratos jam definivit supra, Cap. XI. pag. 40. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 9. pag. 119. numeri quadrati ortum sit exponit: γεννᾶται δὲ καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ στοιχηδὸν ἐκτεθέντος φυσικοῦ ἀριθμοῦ, τῇ μονάδι ἐπισωρευθέντων οὐκέτι τῶν ἐφεξῆς τοῖς ἐφεξῆς, ὡς δέδεικται ἐπὶ τῶν τριγώνων, ἀλλὰ τῶν παρ' ἕνα κειμένων πάντων, τουτέστι, τῶν περισσῶν. Quomodo antiquitus numeri quadrati appellati fuerint, docet Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 115, D. οἱ δὲ παλαιοὶ τουτούς τε καὶ ὁμοίους αὐτοὺς ἐκάλουν διὰ τὴν περὶ τὰς πλευρὰς

βάς τε καὶ γωνίας ὁμοιότητα καὶ ἰσότητα, ἀνομοίους δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ θατέρου τοὺς ἑτερομήκεις.

P. 44. *Ἔστι γὰρ καὶ.* Verbum *ἐστὶ* e tribus MSS. recepimus pro *ἔτι*, quod ad fidem aliorum MSS. ediderat Bullialdus, probata tamen nostra, quam recepimus, lectione.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

P. 45. *Τοὺς μονάδι μείζονα.... ἔχοντας.* Bullialdus ediderat *τοὺς μονάδι μείζονας τὴν ἑτέραν πλευρὰν τῆς ἑτέρας ὑπερέχοντας*, in quibus *μείζονας* in *μείζονα* mutavimus, et *ἔχοντας* recepimus e Cod. Vossii. Est enim definitio *ἑτερομηκῶν*, quam, ex initio Cap. XIII. pag. 41, repetit Theon, et quae conferenda est.

Οὐκ ἐκβαίνουσι τὸν ἴδιον ὅρον. Proprium terminum non egrediuntur, i. e. numeri quadrati, qui e numeris in se ipsos multiplicatis oriuntur, ad illam multiplicationem, alios non requirunt numeros.

Ὅ τε α καὶ δ. Locus non ita facilis intellectu, nisi ipsi numeri oculis sic submittantur.

τετράγωνος . 1	2 : 1 = 4 : 2,	ratio 1. 2. 4. est,	2
ἑτερομήκης . . . 2			
τετράγωνος . 4	6 : 4 = 9 : 6,	ratio 4. 6. 9. est,	$1\frac{2}{4}$
ἑτερομήκης . . . 6			
τετράγωνος . 9	12 : 9 = 16 : 12,	ratio 9. 12. 16. est,	$1\frac{3}{9}$
ἑτερομήκης . . . 12			
τετράγωνος . 16	20 : 16 = 25 : 20,	ratio 16. 20. 25. est,	$1\frac{4}{16}$
ἑτερομήκης . . . 20			
τετράγωνος . 25	30 : 25 = 36 : 30,	ratio 25. 30. 36. est,	$1\frac{5}{25}$
ἑτερομήκης . . . 30			
τετράγωνος . 36	42 : 36 = 49 : 42,	ratio 36. 42. 49. est,	$1\frac{6}{36}$
ἑτερομήκης . . . 42			
τετράγωνος . 49	56 : 49 = 64 : 56,	ratio 49. 56. 64. est,	$1\frac{7}{49}$
ἑτερομήκης . . . 56			
τετράγωνος . 64	72 : 64 = 81 : 72,	ratio 64. 72. 81. est,	$1\frac{8}{64}$
ἑτερομήκης . . . 72			

Ean-

Eandem Numerorum alterâ parte longiorum doctrinam attigit Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 24. pag. 143. *ἀλλὰ καὶ ἐὰν τὸν κοινὸν στίχον ἑτερομηκῶν τε καὶ τετραγώνων ἐκθώμεθα, ἕνα παρ' ἕνα περιέχοντα τοὺς ἀμφοτέρους αὐτοὺς, εἶτα κατὰ τρεῖς ἀπὸ μονάδος ἀποτεμνόμενοι σκοπῶμεν, ἀεὶ τὸν τῶν προτέρων ὕστερον ἀρχὴν τῶν ὑστέρων τιθέμενοι, εὑρήσομεν ἀπὸ πολλαπλασίου σχέσεως, τουτέστι, διπλασίου πάσας τὰς ἐπιμορίους ἑξῆς ἐπιφαινομένας, ἡμιόλιον, εἶτα ἐπίτριτον, εἶτα ἐπιτέταρτον καὶ ἐφεξῆς.*

Τῷ αὐτῷ λόγῳ .... ὑπερεχόμενος. Est ipsa proportionis Geometricae definitio, quam Theon ita exposuit in libello *de Music.* Cap. LVI. pag. 179. *γεωμετρικὴ δέ ἐστι μεσότης, ἡ καὶ ἀναλογία κυρίως λεγομένη, ἡ τῷ αὐτῷ λόγῳ ὑπερέχουσα καὶ ὑπερεχομένη.* Conff. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 24. pag. 141. et quae notavimus supra ad Cap. V. pag. 148. — *τῶν ἄκρων.* Dicuntur *τὰ ἄκρα* termini extremi cujuscumque proportionis: sic in proportione 4, 2, 1, numeri 4 et 1 *τὰ ἄκρα* appellantur.

P. 47. *Ἐκκεισθωσαμὴ γάρ.* Bullialdus ediderat singulare *ἐκκεισθω γὰρ.* Auctoritate Cod. Vossii, singularem numerum in pluralem mutandum esse, non dubitavimus, quoniam non unum exposit, sed plures numeros. Ceterum demonstrationem Geometricam, quam Bullialdus, pag. 235, attulit ad hoc Theonis caput illustrandum, omisimus, utpote quae ad hunc locum non pertineat.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Προμήκης δέ ἐστιν ἀριθμὸς. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 18. pag. 132. *προμήκης δέ ἐστιν ὁ ὑπὸ δύο μὲν ἀριθμῶν διαφερόντων ὁμοίως καὶ αὐτὸς γινόμενος, οὐ μὴν μονάδι γε, ἀλλὰ μείζονί τινι ἀριθμῷ.* Bullialdus pag. 236. haec no-

notat: „Isti numeri et Parallelogrammi, de quibus egit Cap. XIV, iidem fere sunt, nam omnes προμήκεις, exceptis altera parte longioribus, parallelogrammorum definitione continentur."

P. 48. Κατὰ διαφορὰν πολλαπλασιασμός. Sic omnes libri MSS. habent. Verum sanam sententiam non praebent. Recte Bullialdus monuisse videtur, legendum esse κατὰ διάφορον πολλαπλασιασμόν.

Τὴν ἑτέραν πλευρὰν ἔχων. Illud participium e Cod. Vossii recepimus. Exempla in ipso hoc Capite satis occurrunt: atque aegre abesse potuit, quoniam ἔχων ad sententiae perspicuitatem requiritur.

Κατὰ πάσας τὰς σχέσεις τῶν πολλαπλασιασμῶν. Ita verba sunt intelligenda, numeros multiplicantes et multiplicandos, quorum multiplicatione numeri oblongi oriuntur, inter se quacumque ratione adsumi posse, sine eo, ut ipsa oblongorum proprietas mutetur.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

P. 49. Περὶ ἐπιπέδων ἀριθμῶν. Huc usque Theon diversas Numerorum distinctiones exposuit, ut singula nomina, quibus appellarentur, possent explicari. Sequitur nunc diligentior explicatio de numeris planis, ad quos plurimi pertinent, quorum nomina et ortum jam antea recensuit.

Εἰσὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν οἱ μὲν ἐπίπεδοι. Theon Euclidis definitionem ante oculos habuisse videtur, qui Lib. VII. Def. 16. ait, ὅταν δὲ δύο ἀριθμοὶ, πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους, ποιῶσί τινά, ὁ γενόμενος ἐπίπεδος καλεῖται, πλευραὶ δὲ αὐτοῦ οἱ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ἀριθμοί. Recte Bullialdus, pag. 236, illud Euclidem imitandi stu-

dium observavit, de quo etiam leviter monuimus, in *Praemon.* Cap. III. §. 5. pag. LIV. Idem Bullialdus recte observat, hac Euclidis et Theonis definitione solos contineri numeros quadratos, parallelogrammos, altera parte longiores et oblongos: numeros enim triangulares et polygonos duorum non producit multiplicatio, quippe qui oriuntur Gnomonibus circumpositis. Aliter Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 81, D. numeros describit planos: *εἰ δὲ τῆς ἐφ' ἓν διαστάσεως παυσαίμεθα καταγράφοντες τὰς μονάδας, καὶ ἐπεμβάλλοντες τὸ μῆκος, ἐπὶ δὲ τὸ πλάτος ἐκτείνομεν, κατ' ἐπίπεδον σχηματίζοντες αὐτὰς, ὁ τοιοῦτος ἀριθμὸς ἐπίπεδος κεκλήσεται.* — Haec autem Theonis definitio non ita premenda est, quasi binarius et ternarius, utpote ex unitatis multiplicatione cum binario et ternario orti, non essent numeri plani. Binarium enim primum esse docuit numerum ex altera parte longioribus, Cap. XVI. pag. 45. et Cap. XIX. pag. 50. et ternarium numerum triangularem Cap. XIX. pag. 53. Hinc explicandus locus Plutarchi *de Orac. Defect.* Cap. XI, pag. 415, E. *τὰ γὰρ πεντήκοντα καὶ τέσσαρα μεσούσης ὥρου ἀνθρωπίνης ζωῆς εἶναι, συγκειμένου ἐκ τε τῆς μονάδος καὶ τῶν πρώτων δυεῖν ἐπιπέδων καὶ δυεῖν τετραγώνων καὶ δυεῖν κύβων κ. τ. λ.* Nempe unitas, duo plani, 2 et 3, duo quadrati, 4 et 9, duo cubi, 8 et 27, omnes simul additi, numerum 54 producunt.

CAPUT DECIMUM NONUM.

P. 50. *Τρίγωνοι τὸν τρόπον τοῦτον.* Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 8. pag. 118. *γεννᾶται δὲ ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ ἀριθμοῦ στοιχηδὸν ἐκτεθέντος καὶ ἀεὶ ἀπ' ἀρχῆς τῶν συνεχῶν κατὰ ἕνα συντιθεμένων· κατὰ γὰρ ἑκάστην σύνθεσιν*

καὶ προσώρεσσιν οἱ εὔτακτοι τρίγωνοι συντελοῦνται. Jamblichus in *Nicom. Arithm.* pag. 82, B. ἐκκειμένου γὰρ τοῦ ἀπὸ μονάδος ἀριθμοῦ, ἐὰν μὲν μηδὲν διαλιπόντες σωρηδὸν συντιθῶμεν τοὺς ἐφεξῆς καθ' ἕνα· οἷον ἕνα πρῶτον, εἶτ' ἐπὶ τούτῳ δύο, εἶτα ἐπὶ τοῖς δυσὶ τρία, καὶ πρὸς τούτοις τέσσαρα καὶ μέχρις οὗ βουλόμεθα, τρίγωνοι ἐφεξῆς ἀπὸ μονάδος ἀποτελεσθήσονται, οἱ α', γ', ϛ', ι', ιε', κα', κη', λϛ'.

Ἑτερομήκεις ἀριθμοὺς ποιοῦσιν. Vide supra Cap. XIII. pag. 42. — εἶτα τοῖς β' ἂν προσθῇς δ'. Auctoritate MS. Thuani Bullialdus ediderat εἶτα ἂν δύο προσθῇς δ'. Procul dubio scriptura, quam nos dedimus, ex aliis MSS. reponenda est. — τὸ λεγόμενον. Nempe ea, quae traduntur inde a Cap. XIII. pag. 41. — τῇδε. Subintelligitur ἀπόδειξει: nam ἀπόδειξις et ἀποδείκνυμι dicuntur de Mathematicorum demonstrationibus.

Πρώτη δυὰς ἔστω κ. τ. λ. Hic locus referendus est ad demonstrationem magis succinctam Numerorum altera parte longiorum, de quibus jam supra exposuit Theon. Cap. XIII. pag. 42.

P. 51. Κἂν προσθῇς αὐτὰ τοῖς πρώτοις. Recte monuit Bullialdus, legendum esse κἂν περιθῇς αὐτὰ τοῖς πρώτοις; nam verbum προσθῇς in eadem sententia sic repetitum satis offendit et περιτίθεσθαι dicuntur *Numeri* i. e. calculi, aut alia ejusmodi signa, quorum sive positione sive circumpositione numerorum figurae, veluti quadrati et trianguli, efficiebantur.

Καὶ μέχρις ἀπείρου κ. τ. λ. Huc usque exponit de figuris ἑτερομηκῶν, quas, liberius ab editione Bullialdi recedentes, hoc loco ponendas esse existimavimus, quo magis ad MSS. rationem Graeca Theonis oratio refingeretur. Certe Cod. Vossii et MS. Scaligeri primam habet figuram αα, post verba ἔστω ἄλφα ἐκκείμενα δύο τάδε, exa-

ratam, mox etiam, post verba τοῖς πρώτοις δύο ἄλφα, repetitam. Reliquae figurarum descriptiones, vel in margine librorum MSS., vel in inferiori folio expressae sunt.

Πάλιν δὲ οἱ ἐξῆς, κ. τ. λ. Nunc accedit ad ortum numerorum quadratorum demonstrandum, de quibus jam dixerat supra Cap. XV. pag. 43.

Τοῦτον ἂν προσθῇς τὸν γνώμονα. Figuras numerorum quadratas hoc loco non ponendas esse judicavimus, quemadmodum Bullialdus fecit, quare illas demum expressimus, ubi demonstratio de Numeris quadratis absolvitur, pag. 52. — προσθῇς. Vitiose iterum nobis scriptum esse videtur, pro περιθῇς: nam non *adduntur*, sed *circumponuntur* Gnomones. Exemplum, illam emendationem probaturum, mox infra pag. 52. occurrit. — Sed, γνώμων quid sit, diligentius explicandum est Hunc Theon ita definit infra, Cap. XXIII. pag. 59 sq. πάντες δὲ οἱ ἐφεξῆς ἀριθμοὶ, ἀπογεννῶντες τριγώνους ἢ τετραγώνους ἢ πολυγώνους, γνώμονες καλοῦνται. Ad quem locum diligens est Bullialdus in annotatione pag. 239. Euclides Lib. II. Def. 2. πάντος δὲ παραλληλογράμμου χωρίου, τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ ἓν παραλληλογράμμων ὁποσονοῦν, σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι, γνώμων καλείσθω: quae Euclidis definitio cum alia Theonis conferenda est, ut hanc explicet illa. Aliter Jamblichus in *Nicom. Arithm.* pag. 82, D, sq. εἴρηται δὲ γνώμων ὁ αὐξητικὸς ἑκάστου εἴδους τῶν πολυγώνων, κατὰ πρόθεσιν τὸ αὐτὸ εἶδος διαφυλάττων, et mox, dicto exemplis probato, μετέχεται δὲ ἀπὸ τῶν ἐν γεωμετρίᾳ τὸ ὄνομα. Est igitur γνώμων, in Arithmeticis, numerus aliquam figuram constituens. Cf. etiam Aristoteles *Phys.* Lib. III. Cap. 4. pag. 274, D. et loca Philoponi, Simplicii et Themistii Aristotelem illustrantium, apud Tennulium ad Jamblich. *in Nicom. Arithm.* pag. 169 sq. Ceterum

cm-

omnem qualemcumque mensuram γνώμονα appellarunt: Asclepius, Bullialdo, pag. 239, laudatus, Lib. II; γνώμονας καλοῦμεν τοὺς μετροῦντας ἀριθμοὺς, ἀμέλει ἕως τῆς νῦν πᾶν τὸ μετροῦν, γνώμονα προσαγορεύομεν. Latini *normam* dicunt, item *gromam*: Festus *de Verbor. Signif.* in voce "Groma appellatur genus machinulae cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Graeci dicunt γνώμονα," ibique Jos. Scaliger et Dacerius, pag. 166, laudantes Nonium in voce *Gruma*, cujus verba adscripsit Bullialdus l. c. pag. 239, qui in iis *gromam*, non *grumam*, legendum esse monet. Eodem γνώμονος nomine utuntur de indiciis, quibus animalium aetates cognoscuntur, veluti dentes, qui Asini aetatem indicant, γνώμονες dicuntur, Aristoteles *Hist. Animal.* Lib. VI. Cap. 23. pag. 672, H.

P. 52, Κατὰ ταῦτα κ. τ. λ. Nunc redit ad ipsos numeros triangulares, de quibus brevi relatione ab initio Capitis, pag. 50, exposuit. — μὴ μόνους ἑφεξῆς ἀρτίους μηδὲ μόνον. Priora verba, praeterquam μόνον, omittunt Codd. Regii, prior et tertius, atque Cod. Vossii. Fortasse librarii minus diligentes, vocabulorum μόνους aut μόνον repetitione, lapsi sunt, ita ut omitterent, quae sine dubio abesse non possunt. Posterius μόνον omnes libri scripti habent. Difficile dictu est, utrum in proxime antecedentibus, quae ab aliis MSS. absunt, μόνους scripserit auctor, an μόνον: utrumque enim scribi potuit, absque ulla sententiae jactura. Equidem μόνον adverbialiter longe praeferendum esse existimo, quippe quod in ejusmodi structura fere requiritur: quare in Annotatione de diversitate Lectionis, illam emendationem suadere ausus sum.

Περισσοὺς ἀλλήλοις ἐπισυντιθῶμεν. Cod. Regii

tertii et Vossiani scripturam ἀλλήλοις recipiendam esse judicavimus, pro ἀλλήλους, quod dederat Bullialdus e MS. Thuani, Codd. Regio priori et MS. Scaligeri suffragantibus. Cujus nostrae lectionis exempla sunt infra Cap. XIII. pag. 42. Cap. XV. pag. 43. et saepius passim.

Εἰ καὶ μὴ ἐντελέχειᾳ, δυνάμει πάντα ἐστίν. « *Etsi non actu, at potestate tamen est omnia.*" Opponuntur scilicet ἐντελέχεια et δύναμις vid. Theon infra Cap. XXIII. pag. 60. Aristoteles *de Anim.* Lib. I. Cap. I. pag. 476, F, item Sextus Empiricus *contra Mathem.* X. 3. 46. τὸ ὠὸν κατὰ δύναμιν μὲν νεοσσός ἐστι, κατ' ἐντελέχειαν δὲ οὐκ ἔστιν. Multum de vocabuli ἐντελέχειας vi disputarunt viri docti, utpote quod arctissime conjunctum est cum doctrina Aristotelis de Anima. Cf. Cicero *Tusc. Quaest.* Lib. I. Cap. 10. et Schutzius *Lexic. Cicer.* Tom. IV. pag. 36 sqq. Variatur etiam in forma hujus vocis, aliis ἐντελέχειαν, aliis ἐνδελέχειαν scribentibus, quam scripturae inconstantiam ab Attica dialecto proficisci, monet Gregorius Corinthus *de Dial.* pag. 155. *Schaef.* καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν ἀξιοῦσι λέγεσθαι. Sed unum Gregorium ἐνδελέχειαν solo dialecti discrimine ab ἐντελέχειᾳ separasse, putat Hemsterhusius *ad Luciani Judic. Vocal.* §. 10. Tom. I. pag. 96, idem jam prius monente Jos. Scaligero *in Anim. ad Euseb.* pag. 1186. Lucianus l. c. pag. 95. ἀκούετε, φωνήεντα δικασταὶ, τοῦ μὲν δ λέγοντος, ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειάν, ἐντελέχειαν ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους. Eodem etiam sensu saepius opponuntur ἐνεργείᾳ et δύναμις. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 8. pag. 118. ἵνα καὶ τρίγωνος δυνάμει φαίνεται ἡ μονὰς, ἐνεργείᾳ δὲ πρῶτος ὁ τρία. Aristoteles *de Generat. Animal.* Lib. II. Cap. 3. pag. 819, B: τὴν μὲν οὖν θρεπτικὴν ψυχὴν, τὰ σπέρματα καὶ τὰ κυήματα τὰ χωριστὰ δη-

δηλονότι, δυνάμει μὲν ἔχοντα θετίον, ἐνεργείᾳ, δὲ οὐκ ἔχοντα κ. τ. λ.

P. 53. Πρώτοις ἀριθμοῖς. *Numeris primis*, non quales illustravit Cap. VI. pag. 34 sqq. sed *primis*, *aliis praecedentibus*. Mox autem quatuor figuras numerorum triangularium, omnes a Bullialdo expressas, omisimus, non adeo temere, quoniam MS. Scaligeri illas quatuor omisit: posteriores enim illae figurae adeo sunt magnae, ut dimidiam fere paginam implerent.

CAPUT VIGESIMUM.

P. 54. Ὡς προείρηται. Nimirum supra Cap. XV. pag. 43. — ὡς ἐπάνω ἀποδέδειχται. Illa nempe demonstratio supra a Theone explicatur, Cap. XIX. pag. 51 sq.

Τριάδι ἀλλήλων ὑπερέχοντες. Haec infra traduntur Cap. XXVI. pag. 63. — ἐξαγώνους δὲ οἱ τετράδι. Conf. infra Cap. XXVII. pag. 64.

P. 55. Τῶν γνώμονων. Auctoritate duorum MSS., nempe Cod. Vossii et MS. Scaligeri τῶν recepimus, quam voculam minus recte mihi tollere videntur reliqui libri MSS.

Ἀπὸ μονάδος πολλαπλασίων (λέγω δὲ διπλασίων καὶ τριπλασίων) καὶ τῶν ἐξῆς. Quid sit numerus πολλαπλάσιος, *Multiplex*, pluribus docet Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 18. pag. 93. ἄνωθεν οὖν πολλαπλάσιόν ἐστι εἶδος τοῦ μείζονος τὸ πρώτιστον καὶ προγενέστατον φύσει, ὡς εὐθὺς εἰσόμεθα· ἀριθμὸς δ, ἐπειδὰν ἐν συγκρίσει πρὸς ἕτερον θεωρῆται, ἔχων αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ὅλον πλεονάκις ἢ ἅπαξ· οἷον πρὸς τὴν μονάδα πάντες οἱ ἐφεξῆς ἀριθμοὶ ἀπὸ δυάδος ἀρξάμενοι συγκρινόμενοι τὰ τοῦ πολλαπλασίου εὔτακτα εἴδη ἀπογεννῶσι τῇ οἰκείᾳ ἀκολουθίᾳ· πρῶτος μὲν γὰρ ὁ δύο δι-

διπλάσιός ἐστί τε καὶ λέγεται, ὁ δὲ τρὶς τριπλάσιος, ὁ δὲ δὶς τετραπλάσιος, καὶ ὁ ε' πενταπλάσιος, καὶ ἐπ' ἄπειρον· τὸ γὰρ πλεονάκις ἢ ἅπαξ ἤτοι δὶς ἢ τρὶς σημαίνει ἢ ἐφεξῆς, μέχρις οὗ προχωρεῖν βούλει. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 51, C. πολλαπλάσιον μὲν οὖν ἔστι τοῦ μείζονος τὸ πρῶτον εἶδος, ὅταν δυοῖν ὅρων ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου πλεονάκις ἢ ἅπαξ καταμετρῇ πληρούντως. — Verba λέγω δὲ διπλασίων τριπλασίων ab omnibus MSS. libris absunt, praeterquam a MS. Thuano, et mihi spuria esse videntur, utpote orta a Glossatore, vocem πολλαπλασίων explicante: cujus meae sententiae duas praecipue rationes reddam: quarum haec pertinet ad Theonis consuetudinem, in explicando semper utentis dictione τουτέστιν, semel adverbio ἀμέλει Cap. I. pag. 16, numquam verbo λέγω. Altera ratio, quae illam mihi suadet sententiam, haec est, πολλαπλασίας dici omnes qualescumque progressiones Geometricas, ut Mathematici loquuntur, quarum singulae, quasi species, διπλασίαι, τριπλασίαι, τετραπλασίαι et πενταπλασίαι appellantur, ita ut ejusmodi singularum progressionum distinctione Theoni non opus esset. Haec fere sunt quae in eam me ducunt sententiam, ut verba, uncinis inclusa, a Theone profecta non esse credam. Neque quae sequuntur καὶ τῶν ἐξῆς huic sententiae repugnant: nimirum jungenda sunt cum praecedentibus ἀπὸ μονάδος πολλαπλασίων. Sensus est: in Numeris multiplicibus (in progressione Geometrica) non tantum ab unitate uno medio omisso sunt quadrati, sed καὶ τῶν ἐξῆς, *sequentibus* i. e. ab illo, quem inveneris, quadrato incipiens, uno medio omisso, iterum quadratum esse invenies, et sic deinceps.

Οἷον α', β', δ', η', ις', λβ', ξδ', ρκη', σνς'. Bullialdus edidit seriem numerorum naturalium, ab uno usque ad vi-

viginti quinque, iisque τοὺς ἐν διπλασίῳ subscripsit. Numeros illos naturales omittendos et duplices tantum numeros scribendos esse, existimavimus, ut Theon infra Cap. XXXII. pag. 72. ἐκκείσθωσαν διπλάσιοι α', β', δ', η', ις'. Eos numeros duplices solos exposuimus, qui requirebantur ad sequentem Theonis explicationem. Bullialdus, pag. 54, tabulam textui inseruit, quae, tamquam ad Theonem non referenda, a nobis omissa est, et nunc adscribitur, remissis Graecis numeris, et paulo aliter disposita.

1 Quadratus.	8192
2	16384
4 Quadratus.	32768 Cubus.
8 Cubus.	65536 Quadratus.
16 Quadratus.	131072
32	262144 Quadrat. Cubus.
64 Quadrat. Cubus.	524288
128	1048576 Quadratus.
256 Quadratus.	2097152 Cubus.
512 Cubus.	4194304 Quadratus.
1024 Quadratus.	8388608
2048	16777216 Quadrat. Cubus.
4096 Quadrat. Cubus.	

Quod schema numerorum διπλασίων quis intuens, facile Theonis verba, quae mox sequuntur, intelliget.

P. 56. Καὶ ἐν τριπλασίῳ δέ. Recepimus δὲ, auctoritate Codd. Regiorum secundi et tertii, Cod. Vossii et MS. Scaligeri, quoniam praecedit pag. 55. ἐν μὲν διπλασίοις κειμένων.

Ἰδίως δὲ τοῖς τετραγώνοις συμβέβηκεν. Sex tradit numerorum quadratorum proprietates. — *Prima*, quadratum integrum, aut unitate ablata, per tria dividi: sic numerus 9, per tria dividitur et numerus 16 unitate

ablata $(16-1)=15$ per tria. — *Secunda proprietas* est, quadratum aut integrum, aut unitate ablata, quaternario dividi. Sic 16 et 64 integri quadrati, per quatuor dividuntur: et numeri, unitate ablata, 25 $(25-1=24)$ et 49 $(49-1=48)$ eodem modo quaternario dividuntur. — *Tertia proprietas* traditur, quadratum nempe, qui unitate ablata ternario dividitur, quaternarium habere mensuram, $(16-1)=15$ et $(64-1)=63$ ternario dividuntur, sed integri quadrati 16 et 64 quaternario. — *Quarta proprietas* haec est, nempe quadratum, qui unitate ablata quaternario metitur, integrum ternario dividi; qualis est numerus 9, nam $(9-1)=8$ quaternario dividitur, integer 9 ternario. — *Quinta proprietas*: numerus quadratus cum ternario tum quaternario dividitur, veluti numerus 36: nam $12\times3=36$ et $9\times4=36$. — *Sexta proprietas* denique haec est; quadratum, qui nec ternario nec quaternario dividitur, unitate ablata tam ternario, quam quaternario uti divisore: quemadmodum 25 nec ternario nec quaternario divisa, sed $(25-1)=24$ dividitur, ternario et quaternario: nam $3\times8=24$ et $4\times6=24$.

Τρίτον ἔχειν πάντως· ἢ πάλιν τέταρτον ἔχειν, ἢ μονάδος ἀφαιρεθείσης τέταρτον ἔχειν πάντως. Ita scripsimus auctoritate Cod. Reg. tertii, Cod. Vossii et MS. Scaligeri: et haec scriptura unice recta. Bullialdus e MS. Thuano pro omnibus illis, edidit quam corruptissime τέταρτον ἔχειν πάντως, prioribus omissis. Cod. Regius prior, ita scribit τρίτον ἔχειν πάντως· ἢ πάλιν τέταρτον ἔχειν, ἢ μονάδος ἀφαιρεθείσης δίχα ἔχειν, καὶ τέταρτον πάντως, ὡς δ δ'.

P. 37. (Ἢ μηδ' ἕτερον τούτων ἔχοντα .... τρίτον ἔχειν πάντως). Uncinis illa inclusimus, quoniam recte

recte judicare opinamur Bullialdum, pag. 259, qui sic monet: « Illa verba hic superflua sunt et imperfecte dicunt, quae distincte sequentia explicant: est glossa, quae in textum irrepsit, propterea in versione illa verba omisi. » Et sane constructio verborum, quae mox sequuntur, ipsa satis probat, verba illa genuina esse, cum alia autem spuria sint, quae uncinis inclusimus.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Ἰσάκις ἴσοι τετράγωνοι. Conf. supra Cap. XI. pag. 40. — διχῶς πολλαπλασιαζόμενοι ἐπίπεδοι. Cf. supra Cap. XVIII. pag. 49.

Καὶ στερεοί. Auctoritate Cod. Vossii et MS. Scaligeri, copulam καὶ recipiendam esse, non dubitavimus. In margine editionis Bullialdi, pag. 56, scribitur κἂν, nullo auctoritatis testimonio addito; neque illud rectum esse judicamus.

Τετράγωνον χωρίον. Quartum casum recepimus e Codd. Regiis omnibus et e Cod. Vossii, pro Dativo τετράγωνῳ χωρίῳ, quem e MS. Thuano ediderat Bullialdus.

P. 58. Ὁ ς' διὰ τὰ αὐτὰ ἑτερομήκης. Bullialdus ediderat ὁ ς' ἑτερομήκης, quae verba sine dubio non ita scribi potuerunt. Auctoritate Cod. Vossii et MS. Scaligeri διὰ τὰ αὐτὰ recepimus. Saepius enim Theon διὰ τοῦτο Cap. XIII. pag. 41 et passim: similiter τὰ αὐτὰ et κατὰ τὰ αὐτὰ. Sensus est; et sex propterea altera parte longior dicitur, quoniam spatium altera parte longius metitur.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Ἀνάλογόν εἰσιν. MS. Scaligeri *ἀνάλογοί εἰσιν*, quod tamen improbandum est: nam mox, pag. 59, *πλευρὰς ἔχοντες ἀνάλογαν*. Adverbium *ἀνάλογον* ita frequentatur. Similiter Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 10. pag. 120, *καὶ οἱ ἀνάλογον*, scilicet *ἀριθμοί*. Quid sit *ἀναλογία* notavimus supra ad Cap. V. pag. 148. Cicero *de Univers.* Cap. IV. « quae Graece *ἀναλογία*, Latine (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest. »

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

P. 59. Τὸ *τρίγωνον*. Auctoritate unius Cod. Vossii *τὸ* recipiendum esse, judicavimus, quippe quod nobis perperam esse videbatur.

Προείρηται. Conf. supra Cap. XIX. pag. 52 sq.

P. 60. Γνώμονες καλοῦνται. Vide quae notavimus ad Cap. XIX. pag. 164.

Οὐ κατ' ἐντελέχειαν, ὡς προειρήκαμεν. Cf. supra, Cap. XIX. pag. 52, et quae notavimus ad hunc locum pag. 166.

Οἷον σπέρμα πάντων ἐστὶν ἀριθμῶν. Conff. supra Cap. IV. pag. 39. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 12, B: *τινὲς δὲ τῶν Πυθαγορείων, μονάς ἐστιν, εἶπον, ἀριθμοῦ καὶ μορίων μεθόριον. ἀπ' αὐτῆς γὰρ, ὡς ἀπὸ σπέρματος καὶ οἱονεὶ ῥίζης ἑφ' ἑκάτερα ἀντιπεπονθότως αὔξονται οἱ λόγοι, τῶν μὲν ἐπ' ἄπειρον τεμνομένων, μειούμενοι μεγαλομερέστεροι ἀεί· τῶν δὲ ἐπ' ἄπειρον αὐξομένων ἐμπαλιν μεγεθυνόμενοι.* Item Binarium *σπερματικον* dixerunt Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 115, A. Huc pertinent, quae le-

gun-

guntur in *Theologum. Arithm.* Cap. I. pag. 3. ἀλλ' οὖν σπερματικῶς πάντας τοὺς ἐν πᾶσιν ἀριθμοῖς καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν δυάδι λόγους ἔχει. Cff. pag. 4, et pag. 5, ad quem locum Astius, pag. 159, laudat Proclum *in Hesiod.* Ἡμέρ. pag. 169. et Martianum Capellam *de Nupt. Philol.* VII. pag. 238. scribentem; « nec dissimulabo, quod monas retractantibus unum solum ipsa esse ab eą atque cetera procreari, omniumque numerorum solam seminarium esse." Marius Victorinus *Gram.* I. in Capite *de pedibus.* « Ex uno multiplicato, veluti primordio ac semine, reliqui gignuntur." Adde Terentianum Maurum *de Metris* vs. 1361.

« Ante enim breve est creatum, redditum longum dein;
« Sicut unum numerus ante, quam secundum, prodidit."

Ubi *prodiit* esse legendum, ostendit Cl. Peerlkamp *in Bibl. Crit. Nova* Vol. II. p. 20.

P. 61. Ὅσοι γνώμονες συντεθεῖνται. Hanc formam recepimus, auctoritate Codd. Regiorum et Cod. Vossii. Bullialdus dedit συνετέθειντο e MS. Thuano, quod etiam habet MS. Scaligeri. Forsitan legendum sit συνετέθησαν, ut paulo superius pag. 60.

Τὸ τοῦ ιε' τρίγωνον. Recepimus τὸ τοῦ ιε' e Cod. Regio priori et Vossii. — Mox ἐπεὶ καὶ ἐκ scripsimus auctoritate Codd. Regiorum et Vossii, Bullialdus ἐπεὶ omisit, quippe quod aberat a MS. Thuani. Supra, pag. 60, ἐπεὶ γὰρ αὐτή.

Οἱ ἐξῆς γνώμονες. Pro numero ἕξ, quem Bullialdus edidit, ἐξῆς scripsimus e Cod. Reg. tertio et e Cod. Vossii. Si Theon ἕξ scripsisset, non potuisset dicere γνωμονικοὺς ἀριθμοὺς effici, cum triangulares absolverentur numeri, latera habentes sex unitatum.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

P, 62, Κυκλοειδεῖς καὶ σφαιροειδεῖς. E MS. Scaligeri et Cod. Vossiano recepimus καὶ σφαιροειδεῖς, quae ab aliis MSS, absunt, et propterea a Bullialdo omissa erant. Nicomachus *Arithm.* Lib. II, Cap. 17. pag. 131. αὐτῶν δὲ τῶν κύβων ὅσοι πρὸς τῷ ἰσάκις ἴσοι ἰσάκις εἶναι ἔτι ἔχουσι καὶ τὸ ἀεὶ καταλήγειν κατὰ πᾶσαν πολυπλασίασιν εἰς τὸ αὐτό, ἀφ' οὗπερ ἤρξαντο, σφαιρικοὶ καλοῦνται, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ ἀποκαταστατικοί. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 152, C; ὧν πάντων κύβων καλουμένων, ὅσοι ἂν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάσῃ προβάσει καταλήγωσιν, ἔτι μᾶλλον καὶ σφαιρικοὶ λεγέσθωσαν, ἐπὶ πλείονι διαστήματι αὐξηθέντες ἀπὸ κυκλικῶν καὶ αὐτῶν ὁμοιοκαταλήκτων ὄντων, ὡς ὁ ρμε' ἀπὸ πλευρᾶς πεντάδος ὤν, καὶ ὁ σις' ἀπὸ πλευρᾶς ἑξάδος.

Τὸ γὰρ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενος. Euclides *Elem.* Lib. I, Def. 13. κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον, ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἡ καλεῖται περιφέρεια κ. τ. λ.

Κύκλου γὰρ κατὰ πλευρὰν περιαγομένου. Euclides *Elem.* Lib. XI. Def. 14. σφαιρά ἐστιν, ὅταν, ἡμικυκλίου μενούσης τῆς διαμέτρου, περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὸ περιληφθὲν σχῆμα. Mihi vix persuadere possum, Theonem πλευρὰν scripsisse, ubi διαμέτρον scribendum erat: nempe circulus non habet *latus*, sed *diametrum* habet. Omnes MSS. consentiunt, quare illud πλευρὰν in διαμέτρου mutare non ausus sum.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

P. 63. Ὡς εἶπον. Bis illam de numeris quadratis doctrinam jam exposuit infra Cap. XV. pag. 43. quo loco il-

illos numeros oriri docet, cum e multiplicatione, tum ex additione. Eandem doctrinam attigit Cap. XIX. pag. 51. ubi rationem explicat, qua numeri illi quadrati figurarum descriptionibus exprimuntur. Nunc obiter Theon monet, illam doctrinam a se jam esse illustratam.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Πενταγωνοι δε εισιν αριθμοι. Vid. supra Cap. XX. pag. 54. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 85, C. ἔσται οὖν πενταγωνικὸς ἀριθμὸς, ὁ ἐκ τῶν ἀπὸ μονάδος τριάδι διαφερόντων συντιθεμένων ἀποτελούμενος. Cf. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 10. pag. 120.

P. 64. Σχηματίζονται δὲ πενταγωνικοὶ οὕτως. Multanguli, et inter illos pentagoni, efficiuntur, gnomonibus sive unitati, quae δυνάμει etiam quinquangulus est, sive pentagono proxime antecedenti circumpositis. Quod sequens figura demonstrat.



Pentagonus elemento α designatus, est unitas, sive pentagonus δυνάμει.

Gnomone β circumposito, i. e. 4, erit pentagonus 5.

Gnomone γ circumposito, i. e. 7, erit pentagonus 12.

Gnomone δ circumposito, i. e. 10, erit pentagonus 22.

Gnomone ε circumposito, i. e. 13, erit pentagonus 35.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Ἑξάγωνοι δε εισιν αριθμοι. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 11. pag. 121. ἑξάγωνοι γνώμονας ἔξουσι τοὺς τε-

τετράδι μὲν διαφέροντας, τρεῖς δὲ παραλείποντας, ἐξ ὧν συντεθέντων σωρηδὸν ἀποτελοῦνται. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 85, C: ἐξαγωνικὸς δὲ ὁ ἐκ τῶν ἀπὸ μονάδος τετράδι διαφερόντων.

Οἱ μὲν γνώμονες εἰσὶν. Auctoritate Cod. Vossii μὲν recepimus, quod ab aliis abest: sed enim requiritur in hac structura, quae comparata est ad illam Capitis XXVI. et quae in sequentibus repetitur.

Σχηματίζονται δὲ οὕτως. Gnomones unitati aut antecedentibus sexangulis circumpositi, iterum omnes sexangulos efficiunt; quod sequenti descriptione illustratur.



Hexagonus elemento α designatus est unitas, sive hexagonus δυνάμει.
Gnomone β circumscripto, i. e. 5, erit Hexagonus 6.
Gnomone γ circumposito, i. e. 9, erit Hexagonus 15.
Gnomone δ circumposito, i. e. 13, erit Hexagonus 28.
Gnomone ε circumposito, i. e. 17, erit Hexagonus 45.

Ἑπτάγωνοι. Reliquae explicantur polygonorum et gnomonum rationes, quas illustrat Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 11. pag. 121 sq. et Jamblichus *in Nicom. Arithm.* l. c. Ceterum Bullialdus ad hunc locum, pag. 241, tabulam adscripsit, qua gnomones et ipsi polygoni ex iis orti comprehensi sunt, quam repetendam esse existimavimus, quo melius illa intelligantur, quae jam a Theone tradita sunt.

Ta-

Tabula Polygonorum.

Gnomon. Trigonor.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Trigoni collecti.	1	3	6	10	15	21	28	36	45	55	66	78
Gnomon. Quadrat.	1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21	23
Quadrati collecti.	1	4	9	16	25	36	49	64	81	100	121	144
Gnomon. Pentagon.	1	4	7	10	13	16	19	22	25	28	31	34
Pentagoni collecti.	1	5	12	22	35	51	70	92	117	145	176	210
Gnomon. Hexagon.	1	5	9	13	17	21	25	29	33	37	41	45
Hexagoni collecti.	1	6	15	28	45	66	91	120	153	190	231	276
Gnomon. Heptagon.	1	6	11	16	21	26	31	36	41	46	51	56
Heptagoni collecti.	1	7	18	34	55	81	112	148	189	235	286	342
Gnomon. Octogon.	1	7	13	19	25	31	37	43	49	55	61	67
Octogoni collecti.	1	8	21	40	65	96	133	176	225	280	341	408
Gnomon. Enneagon.	1	8	15	22	29	36	43	50	57	64	71	78
Enneagoni collecti.	1	9	24	46	75	111	154	204	261	325	396	474
Gnomon. Decagon.	1	9	17	25	33	41	49	57	65	73	81	89
Decagoni collecti.	1	10	27	52	85	126	175	232	297	370	451	540

Plura in hac tabula consideranda sunt, quae ex Thymarida refert Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 88, B, sqq. qui locus longior est, quam ut adscribatur, sed omnino tamen conferendus.

Δυεῖν δεούσαιν μονάδων τοῦ πλήθους τῶν γωνιῶν ἡ ὑπεροχὴ τῶν ἀριθμῶν λαμβάνεται. Sic, e conjectura Bullialdi, edere non dubitavimus, pro vitiosa scriptura, quam MSS. suppeditant; nempe δυεῖν δεούσαιν μονάδων τοῦ πλήθους τῶν ἀριθμῶν ἡ ὑπεροχὴ τῆς γωνιῶν λαμβάνεται: in quibus Cod. Vossii τῶν habet, pro singulari τῆς. Nempe facile librarii, locum non intelligentes, Genitivos γωνιῶν et ἀριθμῶν transponere potuerunt. Sensus verborum hic est; si a numero, qui multitudinem angulorum po-

lygoni indicat, duas unitates abstrahas, differentia docet, quot numeri omittendi sint in serie naturali numerorum, ut gnomones polygonorum inveniantur. Abstrahantur, verbi gratia, a septenario, qui multitudinem angulorum Septanguli indicat, duae unitates: differentia est quinarius. Quinque igitur ab unitate in numerorum serie omissis, gnomones cogniti erunt 1, 6, 11, 16, 21, ceteri. — Participii δέων in numeralibus structuram et significationem satis notam explicat Vigerus *de Idiot.* Cap. III. Sect. 2. §. 13.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

P. 66. Ὡς καὶ ἐπὶ τῶν γραμμικῶν τριγώνων. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 84, C. ἐπεὶ δὲ τὸ τετράγωνον σχῆμα ἐν γραμμικοῖς διαγωνίου ἀχθείσης εἰς δύο τρίγωνα λύεται (δῆλον δ' ὅτι καὶ συνίσταται ἐκ τούτων) εὕροιμεν ἂν καὶ ἐν ἀριθμητικοῖς ἐκ πάντων δύο τριγώνων ἀριθμῶν συνεχῶν τετράγωνον συνιστάμενον. In quibus verba, uncinis inclusa, non unum prae se ferunt indicium, glossatorem quemdam locum sibi explicandum sumsisse.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Ἔτι τῶν στερεῶν ἀριθμῶν. Conff. quae supra dixit Theon Cap. XXI. pag. 57. et Cap. XXII. pag. 59, nempe, solidos numeros fieri multiplicatione trium numerorum. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 13. pag. 123. ἐντεῦθεν ἤδη ῥᾴδιον συνιδεῖν, τίς τε ὁ στερεὸς ἀριθμὸς καὶ πῶς ἰσοπλεύρως ὁ τοιοῦτος προκόπτει· ὁ γὰρ πρὸς τοῖς δυσὶ διαστήμασι τοῖς ἐν τῇ ἐπιπέδῳ σχηματογραφίᾳ θεωρουμένοις ἐπὶ μῆκος καὶ ἐπὶ πλάτος τρίτον διάστημα προσειληφώς, ὅ τινες μὲν βάθος, τινὲς δὲ πάχος καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ ὕψος, ἐκεῖνος ἂν εἴη στε-

στερεὸς ἀριθμός, ὁ τριχῇ διαστατὸς καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ μῆκος, πλάτος καὶ βάθος. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 131, A. στερεὸς δέ ἐστιν ἀριθμός, ὁ τρίτον διάστημα παρὰ τὰ ἐν ἐπιπέδοις δύο προσειληφὼς.

Ὡς ἀριθμοὺς τρεῖς. Scripsimus τρεῖς pro signo numeri γ', quod tamen abest a Cod. Regio secundo et Cod. Vossii. Verum requiritur, ut sententia ad definitionem numeri solidi exigatur.

P. 67. (Καὶ τὴν μίαν ἥττονα). Bullialdus in margine notavit, hoc loco verba abundare. Et recte quidem vir doctus: nam potius librarii cujusdam additamentum esse videtur, quam sententia ab auctore profecta: mox eadem observatio, sed cum majori cura, traditur: scilicet, unumquodque corpus, quod duo latera habet aequalia, non tantum unum latus poterit minus habere, sed etiam majus. Verba utpote suspecta uncinis inclusimus.

Κύβοι καλοῦνται. Conferendus est locus Nicomachi *Arithm.* Lib. II. Cap. 15. pag. 127, collato interprete Jamblicho *in Nicom. Arithm.* pag. 131, B. Cubum ita definit Euclides *Elem.* Lib. XI. Def. 25: κύβος ἐστὶ σχῆμα στερεὸν, ὑπὸ ἓξ τετραγώνων ἴσων περιεχόμενον. Hero Alexandrinus *Vocab. Stereom.* pag. 45. *Argent.* 1571. (novissima Heronis Alexandrini editio, notis maximam partem criticis, auctore C. F. J. Hasenbalgio, ornata, et Stralsundiae, forma quarta, edita, mihi nondum allata est): κύβος ἐστὶ σχῆμα στερεὸν ὑπὸ ἓξ τετραγώνων ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων περιεχόμενον· καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο καὶ ἑξάεδρον. Theon *de Music.* Cap. LIV. pag. 176. τούτων δὲ τὰ μὲν πάντη ἰσόπλευρα, τουτέστιν ἴσον ἔχοντα τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος, ὑπὸ τετραγώνων ἴσων πάντων περιεχόμενα κύβοι.

Ἀνισάκις ἀνίσοι ἀνισάκις, βωμίσκοι. Non sper-

nenda est diversitas lectionis, quam Cod. Vossii praebet; ὄντες inter ἀνισάκις et βωμίσκοι interponens. — Hero Alexandrinus *Vocab. Stereom.* pag. 45. σφήνισκος δ' ἐστὶ τὸ ἔχον ἄνισα ἀλλήλοις, τό τε μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ βάθος· τινὲς δὲ καὶ βώμισκον καλοῦσι τὸ τοιοῦτον σχῆμα. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 16. pag. 128 sq. τινὲς δὲ αὐτὰ πολυωνύμως σφηνίσκους καλοῦσι· καὶ γὰρ οἱ σφῆνες ἀνισόπλευροι πανταχῆ, τεκτονικοί τε καὶ οἰκοδομικοὶ καὶ χαλκευτικοὶ καὶ οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν, πλάσσονται ἀπὸ ὀξυτέρου ἄκρου διαδύνειν ἀρχόμενοι, καὶ ἀεὶ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίως κατὰ πάντα τὰ διαστήματα· τινὲς δὲ τούς αὐτοὺς σφηκίσκους καλοῦσι· τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ τῶν σφηκῶν μάλιστα ὄγκος, ἀποσφιγγόμενος κατὰ τὸ μέσον καὶ τὴν λεχθεῖσαν ὁμοιότητα ἐμφαίνων· παρὰ τοῦτο εἰκὸς καὶ τὸ σφήκωμα ὠνομάσθαι· ἔνθα γὰρ ἂν ἀποσφίγξῃ, τὴν τοῦ σφηκὸς ἐντομὴν μιμεῖται· ἕτεροι δὲ τοὺς αὐτοὺς βωμίσκους προσαγορεύουσιν ἀπὸ οἰκείας εἰκόνος· οἱ γὰρ παλαιότροποι βωμοί, μάλιστα δὲ οἱ ἰωνικοί, οὔτε τὸ πλάτος τῷ βάθει, οὔτε συναμφότερα τῷ μήκει ἴσα ἔχουσιν, οὔτε τὴν βάσιν τῇ κορυφῇ, ἀλλὰ πάντῃ εἰσὶν ἐξηλλαγμένοι ταῖς διαστάσεσιν. Conf. ejusdem Lib. II. Cap. 6. pag. 114. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 131, C. Theon *de Music.* Cap. LIV. pag. 177. τὰ δὲ ἐν πάντι ἀνισότερα, σκαληνά. Videatur etiam Astius *ad Nicom. Arithm.* pag. 278 sq. et pag. 294.

Πλινθίδες ἐκλήθησαν. Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 6. pag. 114. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 131, C. Hero Alexandrinus l. c. πλινθὶς δ' ἐστὶ τὸ ἔχον τὸ μῆκος ἔλαττον τοῦ τε πλάτους καὶ βάθους· ἐστὶ δ' ὅτε ταῦτα ἀλλήλοις ἴσα. Theon *de Music.* Cap. LIV. pag. 177. τὰ δὲ τὸ μὲν μῆκος καὶ πλάτος ἴσον ἔχοντα, τουτέστι τὰς βάσεις τετραγώνους, τὸ δὲ ὕψος ἔλαττον, πλινθίδες. Scribitur etiam πλινθίον: perperam enim apud Jamblichum in *Nicom. Arithm.*

Arithm. pag. 53, C. πλινθιδίων legi, monet Astius *ad Nicom.* pag. 278.

Δοκίδες καλοῦνται. Conff. Nicomachus et Jamblichus ll. cc. Hero Alexandrinus l. c. pag. 45. δοκὶς δ' ἐστὶν, ὅ τὸ μῆκος μεῖζον ἔχει τοῦ τε πλάτους καὶ τοῦ πάχους· ἐστὶ δ' ὅτε τὸ πλάτος καὶ τὸ πάχος ἴσα· πάχος δὲ καὶ βάθος καὶ ὕψος τὸ αὐτὸ λέγεται. Theon Smyrnaeus *Music.* Cap. LIV. pag. 177. τὰ δὲ τὸ μὲν μῆκος καὶ πλάτος ἴσον, τὸ δὲ ὕψος μεῖζον, δοκίδες.

CAPUT TRIGESIMUM.

Πυραμοειδεῖς. Eandem Pyramidum in Numeris rationem explicuit Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 14. pag. 125. et Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 133, A, seqq. Pyramidis definitionem tradit Hero Alexandrinus, pag. 44. πύραμις μὲν οὖν ἐστὶ σχῆμα στερεῶν (στερεὸν?) ἐπιπέδοις περιεχόμενον ἀφ' ἑνὸς ἐπιπέδου πρὸς ἑνὶ σημείῳ συνεστατικὸν: quae est definitio Euclidis *Elem.* Lib. XI. Def. 12. Aliam Hero definitionem subjungit: καὶ ἄλλως δὲ λέγεται πύραμις τὸ ἀπὸ βάσεως τριπλεύρου ἢ τετραπλεύρου ἢ πολυγώνου τοῦτ' ἐστὶν (τουτέστιν) ἁπλῶς εὐθυγράμμου κατὰ σαύθεσιν (σύνθεσιν) τριγώνων εἰς ἓν σημεῖον συναγόμενον σχῆμα. — Numeri pyramidales efficiuntur numeris multangulis, tamquam basi adsumtis, et pyramide proxime antecedenti iis addita. Ut pyramidem quamdam hexagonam inveniamus, basis, verbi gratia, sit numerus hexagonus 28, qui praecedenti numero pyramidali 22 additus, pyramidalem numerum 50 producit: quae omnia sequens tabula clarius demonstrabit.

Tabula Numerorum Pyramidalium.

Trigoni.	1	3	6	10	15	21	28
Pyramides Trigonae.	1	4	10	20	35	56	84
Tetragoni.	1	4	9	16	25	36	49
Pyramides Tetragonae.	1	5	14	30	55	91	140
Pentagoni.	1	5	12	22	35	51	70
Pyramides Pentagonae.	1	6	18	40	75	126	196
Hexagoni.	1	6	15	28	45	66	91
Pyramides Hexagonae.	1	7	22	50	95	161	252
Heptagoni.	1	7	18	34	55	81	112
Pyramides Heptagonae.	1	8	26	60	115	196	308

Qua de tabula plura monuit Tennulius *ad Jamblichum* pag. 193 sq.

P. 68. Κόλουρος. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 136, C. ἐὰν δέ τις πυραμὶς μὴ ἐπὶ μονάδι (*l.* μονάδα) κορυφοῦται (*l.* κορυφῶται), ἀλλ' ἐπὶ τὸν παρ' αὐτῇ γνώμονα, κόλουρος καλεῖται, ἐὰν δὲ μηδὲ ἐπ' ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἑξῆς δικόλουρος. Conf. etiam Nicomachus *Arithm.* Lib. II. Cap. 14. pag. 127.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Δυνάμει. *Potentia* possunt numeri illas continere figuras, sed ἐντελέχειᾳ, *actu*, non habent illas, vide quae notavimus ad Cap. XIX. pag. 166. — πλευρικοὺς καὶ διαμετρικούς, Illam doctrinam pluribus exponit Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 128, B. — 130, D. — σπερματικὸν λόγον. Vide quae notavimus supra ad Cap. XXIII. pag. 172.

P. 69. Πάντων οὖσαν ἀρχήν. Conf. Theon supra Cap. IV. pag. 28 sqq. et Cap. XXIII. pag. 60.

Καὶ

Καὶ προστίθεται τῇ μὲν πλευρᾷ διάμετρος, τῇ δὲ διαμέτρῳ δύο πλευραί. Locus non ita facilis intellectu, partim quoniam ea ratio quam plurimum differt a recentioribus Arithmeticorum placitis, partim quoniam fontem non aperuit Theon, e quo principium hujus placiti manavit. Nimirum Euclides *Elem.* Lib. I. Prop. 47, probavit, in omni triangulo recto, summam quadratorum laterum, rectum angulum circumdantium, aequalem esse quadrato hypothenusae: quod inventum Pythagorae tribuunt auctori. Ex illa doctrina Theon, triangulum sibi fingens rectum, cujus duo latera aequalia sunt, fere ita disputasse videtur: Trianguli recti hypothenusa eadem est, ac figurae quadratae diameter, quae figura aequalis est duplo illo triangulo recto. Hypothenusae vel diametri quadratum aequale est duobus quadratis laterum trianguli, aut figurae quadratae: igitur, haec enim est demonstrata sententia, *quod latus bis valet, idem diameter sola valet*, ὅσον ἡ πλευρὰ δὶς δύναται, ἡ διάμετρος ἅπαξ. Certe verba mihi sic explicanda esse videntur.

Τὸ ἀπὸ τῆς μονάδος δυνάμει τετράγωνον i. e. Unitas, nam $1 \times 1 = 1$, quae unitas erit μονάδι μιᾷ ἔλαττον quam duplum τοῦ ἀπὸ τῆς μονάδος πλευρᾶς τετραγώνου, i. e. quam duplum unitatis, vel quam duo: brevius, unum unitate minus est, quam duo. Singularis est significatio nominum μονάδος et μοναδικοῦ, solam *unitatem* considerari, notantium.

Προσθῶμεν δὲ τῇ μὲν πλευρᾷ δυνάμει. Reliquum caput, sequenti tabula perspecta, nullam habet difficultatem.

LA-

LATUS.	DIAMETER.	
1	1	$= 2 \times 1 - 1$; Bis quadr. Lateris — 1.
1 *Diameter.*	2	$= 2 \times 1$; *Bis latus.*
2	3	
4	9	$= 2 \times 4 + 1$; Bis quadr. Lateris + 1.
2	3	
3 *Diameter.*	4	$= 2 \times 2$; *Bis latus.*
5	7	
25	49	$= 2 \times 25 - 1$; Bis quadr. Lateris — 1.
5	7	
7 *Diameter.*	10	$= 2 \times 5$; *Bis latus.*
12	17	
144	289	$= 2 \times 144 + 1$; Bis quadr. Lateris + 1.
12	17	
17 *Diameter.*	24	$= 2 \times 12$; *Bis latus.*
29	41	
841	1681	$= 2 \times 841 - 1$; Bis quadr. Lateris — 1.
29	41	
41 *Diameter.*	58	$= 2 \times 29$; *Bis latus.*
70	99	
4900	9801	$= 2 \times 4900 + 1$; Bis quadr. Lateris + 1.
Cetera.	*Cetera.*	

P. 70. Τοῦ κε′ ἄρα τὸ μθ′. Auctoritate Cod. Regii tertii et Cod. Vossii ita scripsimus. Bullialdus ediderat, e MS. Thuano, τὸ κε′ ἐστὶ τοῦ μθ′. Cod. Regius prior τοῦ κε′ ἄρα τοῦ μθ′. Cod. alter τοῦ κε′ ἄρα ὁ μθ′. Magna est in ejusmodi locis inconstantia librorum: quod nos dedimus, unice rectum. Sic mox ἄρα recepimus e Codd. Regiis et e Cod. Vossii pro ἐστὶν, quoniam hoc capite ἄρα, in simili sententia frequentatur.

P. 71. Καὶ ῥηταὶ αἱ τοιαῦται πλευραὶ καὶ διάμετροι. Et rationales sunt tales diametri et latera: vox

ῥη-

ῥητὸς recte explicita est ab Heindorfio *ad Platonis Hipp. Major.* pag. 179.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Ἔτι τε τῶν ἀριθμῶν. Particulam ἔτι, utpote quae Theoni usitatior, vid. Cap. XXI. pag. 57. et Cap. XXIX. pag. 66. et passim, recepimus e Codd. Regiis prioribus, Cod. Vossii et MS. Scaligeri. Bullialdus edidit ἐπί τε τῶν κ. τ. λ. Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 14. pag. 87. τῶν ἁπλῶς ἀρτίων ἀριθμῶν οἱ μέν εἰσιν ὑπερτελεῖς, οἱ δὲ ἐλλιπεῖς, καθάπερ ἀκρότητες ἀντικείμενοι ἀλλήλοις, οἱ δὲ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, οἱ καὶ λέγονται τέλειοι. Conf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 43, B.

P. 72. Καὶ τέλειοι μὲν εἰσίν. Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 16. pag. 89. ὅταν οὖν ἀριθμὸς πάνθ', ὅσα ἐνδέχεται ἐν αὐτῷ εἶναι, μέρη συναχθέντα καὶ συγκεφαλαιωθέντα ἐν συγκρίσει τῇ πρὸς ἑαυτὸν ἔχων, μήτε ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει αὐτὰ, μήτ' ὑπερβάλληται ὑπ' αὐτῶν, τότε ὁ τοιοῦτος τέλειος κυρίως λέγεται, ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ὤν.

Καὶ συνθῶμεν. Liberius a MSS. libris recedentes, καὶ scripsimus, pro δὲ, quod minime hoc loco ferri potest.

P. 73. Συγκεῖται γὰρ ἐκ τοῦ ἡμίσεος . . . εἰκοσιογδόου τοῦ α'. Verba illa aberant a MS. Thuani Cod. Regio tertio, et MS. Scaligeri, quare in textu a Bullialdo non descripta sunt. Auctoritate Cod. Regii prioris et alterius et Cod. Vossii illa recepimus: neque etiam abesse possunt, nam est demonstratio, numerum 28 perfectum esse; τεσσαρεσκαιδεκάτου emendavimus pro τεσσαρεσκαιδεκά. Sic autem demonstratione efficitur, numerum 28 esse perfectum, id est, aequalem summae omnium divisorum:

$$\begin{aligned}
\tfrac{1}{2} \times 28 &= 14 \\
\tfrac{1}{4} \times 28 &= 7 \\
\tfrac{1}{7} \times 28 &= 4 \\
\tfrac{1}{14} \times 28 &= 2 \\
\tfrac{1}{28} \times 28 &= 1 \\
\hline
&28
\end{aligned}$$

Reliquos numeros perfectos, qui quidem numero decem cogniti sunt, quoniam adeo ingentes existunt, ut apte tractari fere nequeant, duobus hisce prioribus addam:

Numeri perfecti.

I.	6
II.	28
III.	469
IV.	8128
V.	33,55o336
VI.	8589,869o56
VII.	137438,691328
VIII.	2,3o5843,oo8139,952128
IX.	2,417851,639228,158837,784576
X.	9903,52o314,282971,83o448,816128

Ὑπερτέλειοι δὲ εἰσίν. Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 14. pag. 87 sq. ὑπερτελὴς μὲν οὖν ἀριθμός ἐστιν ὁ ὑπὲρ τὰ προσήκοντα αὐτῷ καὶ ἐπιβάλλοντα μέρη ἔχων ἕτερα πλείονα. Cf. Jamblichus *in Nicom. Arithm.* pag. 43, B.

Ἐλλειπεῖς. Nicomachus *Arithm.* Lib. I. Cap. 15. pag. 88. ἐλλιπὴς δὲ ἀριθμός ἐστιν ὁ τὸ ἐναντίον τοῖς δειχθεῖσι πεπονθώς, καὶ τὰ ἑαυτοῦ μέρη, συντεθέντα ὑφ' ἓν κατὰ σύγκρισιν, ἑαυτοῦ ἐλάττονα κεκτημένος. Cf. iterum Jamblichus l. c. pag. 45, D, sq.

Περὶ οὗ κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἀποδώσομεν. Fortasse respicit Theon ad ea, quae sibi dicenda esse pro-

proposuerat in libro *de Music.* Cap. XXXIX. pag. 155. et Cap. XLIX. pag. 166, ubi pluribus agit de denario numero, sed nulla Pythagoreorum mentione injecta.

Ἐπειδὴ πρῶτος ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ πέρας ἔχει. De ternario numero plura protulit Theon *de Music.* Cap. XL. pag. 157. Ex Anatolio sequentia notavit auctor *Theologum. Arithm.* Cap. III. pag. 14. ὅτι ὁ τρία πρῶτος περισσὸς καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι πρῶτος τὰ πάντα σημαίνεται ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος.

P. 74. Τὸ στερεὸν νοεῖται. Auctoritate MS. Scaligeri scripsimus *νοεῖται*, pro infinitivo *νοεῖσθαι*, quod ita in Bullialdi editione legitur. Forte operarum vitio ita scriptum fuit: certe structura infinitivum ferre non potest.

AUCTORES,

QUI, IN LIBELLO DE ARITHMETICA, CITANTUR A

THEONE SMYRNAEO.

ANONYMUS. Cujus verba expressit, nullo auctore laudato. 28. 19. (Vid. *Annot.* pag. 140.)

ARCHYTAS. 29. 32.

ARISTOTELES. 32.

EMPEDOCLES. 21.

ERATOSTHENES. 4.

MODERATUS GADITANUS. Cujus verba attulit, auctore non laudato. 25. 27. (Vid. *Annot.* pag. 136.)

PHILOLAUS. 29.

PLATO. Epinomis. 5. 11.

de Republ. 6. 7. 18.

de Legib. 14.

Philebus. 30.

PLATO. Cujus verba retulit, auctore non laudato,

Epinomis. 13.

de Republ. 8. 9. 14. 15.

PYTHAGORICI. 9. 17. 29. 73.

IN-

INDEX GRAECUS

DICTIONUM MATHEMATICARUM, QUAS DEFINITIONE EXPLICAT

THEON SMYRNAEUS.

A.

ἀνισάκις ἄνισοι. 41. 57.
ἀποκαταστατικοί. 62.
ἀριθμός. 25.
ἀρτιάκις ἄρτιοι. 38.
ἀρτιοπέριττοι. 38.
ἄρτιος. 31.
ἀστρονομία. 8. 24.
ἀσύνθετος. 34.

B.

βωμίσκοι. 67.

Γ.

γεωμετρία. 9. 14.
γνώμων. 60.
γραμμικός. 34.

Δ.

δεκάγωνοι. 65.
διαμετρικοί. 68.
δοκίδες. 67.

E.

ἐλλειπεῖς. 73.
ἐννεάγωνοι. 65.
ἑξάγωνοι. 64.
ἐπίπεδος. 37. 49. 57.
ἑπτάγωνοι. 65.
ἑτερομήκης. 41.
ἑτερότης πρώτη. 49.
εὐθυμετρικός. 34.

I.

ἰσάκις ἴσοι. 40.

K.

κολεμοπύραμις. 68.
κύβος. 67.
κυκλοειδεῖς. 62.

M.

μονάς. 25.
μουσική. 17. 24.

O.

ὀκτάγωνοι. 65.
ὅμοιοι ἀριθμοί. 58.

Π.

παραλληλόγραμμοι. 43.
πεντάγωνοι. 63.
περιοχὴ ἀριθμῶν. 37.
περισσάκις ἄρτιοι. 39.
περισσάκις περισσός. 34.
περισσός. 31.
πλευρικοί. 68.
πλινθίδες. 67.
προμήκης. 47.
πρῶτοι ἁπλῶς. 34.
πρῶτοι πρὸς ἀλλήλους. 35.
πυραμοειδεῖς. 67.

Σ.

σύνθετοι πρὸς ἀλλήλους. 36.
σύνθετοι πρὸς ἑαυτούς. 36.
στερεομετρία. 24.
στερεός. 37. 57. 59. 66.
σφαιροειδεῖς. 62.

T.

τέλειοι. 72.
τετράγωνοι. 43.
τραπέζιον. 68.
τρίγωνοι. 69.

Υ.

ὑπερτέλειοι. 73.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

Numerus Romanus Praemonenda indicat.

A.

ἀδελφὸν quid dicatur. 105.
Aes Corinthiacum. XXIV.
Aes in rebus sacris adhibitum. 128.
Agamemnon, quot pedes haberet, nescire dicebatur. 7.
τὰ ἄκρα. 160.
ἀναλογία. 148. 160. 172.
ἀναποδισμός. 137.
ἀνατολή. 113.
Aristotelis libri de Philosophia et de Pythagoreis. 145.
Arithmetica donum Dei. 11.
ἀριθμοὶ αὐτοί. 101.
ἀσκεῖν ἔν τινι. 79.
ἀστρολογία et ἀστρονομία confunduntur. XXXVII, *Annot.* (5).

B.

Binarium indefinitum esse, statuebant Pythagorei. 151.
βωμίσκος. 180.

D.

δᾳδοῦχος et δᾷδας ἔχων differunt. 126.
Detractor et *detrectator* idem notat. XXV. *Annot.* (49).
Deus nullius rei indigus. 85.

δια-

διαγράμμα. 133.
Disciplinae Mathematicae κλίμακες vocantur et ἐπιβάθρα. 88.
Disciplinarum Mathematicarum partes quo ordine tradantur. 24. Easdem alii quinque, alii quatuor esse dicunt. 81.
δεκίς. 181.
δυτμή. 113.

E.

ἔμπορος et ἐμπορική. 100.
ἐνεργεία et δύναμις opponuntur. 166.
ἐντελέχεια et ἐνδελέχεια. 166.
ἐντελέχεια et δύναμις opponuntur. 52. 60. 166.
ἔπομαί τινι quid sit in Astronomia. v. *Annot.* (7). τὰ ἑπόμενα. VI. *Annot.* (7).
Erasmi error. XXIX.
Eratosthenis liber, Platonicus inscriptus. 85.
ἑτερομήκεις cur ita dicti. 43.
Euclidis definitio reprehensa. 152, 154.

G.

γνώμων. 164.
Groma. 165.

H.

Harpocration illustratur. 125.

I.

Jamblichus latet sub nomine Abammonis magistri. 150.
ἰέναι διά τινος. 89.
Impari numero, quod in Mundo definitum et ordinatum est, comparatur. 32.

K.

κάπηλος et καπηλική. 100.
κολλάβοι et κολλόποι. 107.
κόλουρος. 182.
κύβος. 179.

L.

λογιστικὴ quid sit. 99.
λόγος, *ratio*, quid sit in Mathematicis. 148.

M.

μεσότης, *Mediëtas.* 148.
Moderati duo. 157.
μονὰς cur ita dicatur. 27. 158.

138. Est σπέρμα ἀριθμῶν. 62. 173.
Musicorum sectae tres, Pythagorici, Aristoxenii et Organici. 106.
μυστήρια sola dicuntur sacra Eleusinia. 123.

N.

Numeri quomodo in philosophia adhibeantur. LII.
Numeri sunt principium fons et radix omnium. 25.
Numeri triangulares, quadrangulares et solidi, aliique, unde appellentur. 57.

O.

Oraculum Deliis redditum. 3. 83.
ὅρον ἐκβαίνειν. 159.
ὅρος quid sit. 141.
ὅτι abundat. 84.

P.

Palamedes numeros invenit. 7. 94.
παρ' ἕνα *vicissim* et ἕνα παρ' ἕνα. 148.
Pari numero assimulantur, quae in Mundo indefinita, incognita et inordinata sunt. 32.
Parmenidis versiculi. 85.
περιόδος duplici significatione in Astronomia dicitur. 114.
Philosophia comparatur cum initiatione Mysteriorum. 20. 123.
φύσις circumlocutioni inservit. 87.
Plato an Methodum Analyticam invenerit. XLIX. Pythagoreos saepius imitatur. 17. In dialogis, suam sententiam, sub persona Socratis, tradere dicitur. 93.
Platonis emendatio suadetur. 86. 87.
Platonis scripta, ab iis, qui Matheseos ignari sunt, non intelligi possunt. 1.
πλεονάζειν τινος τινι. 147.
πλινθίς. 180.
Plutarchus, in colloquiis, viros doctos suae aetatis disputantes finxisse videtur. XII. Fuit Theoni Smyrnaeo aequalis. VII.
Plutarchus explicitus. 162.
πολλαπλάσιος ἀριθμός. 167.
Praedicare quinam dicantur.

tur. XXIV. *Annot.* (47).
προηγέομαί τινι. V. *Annot.* (7). τὰ προηγούμενα. VI. *Annot.* (7).
προμήκεις cur ita dicantur. 49.
προποδισμός de quibus dicatur. 137.
Pulpa quid significet. XXIX. *Annot.* (64).
Pythagorici coelorum motus primi dispexerunt. 104.

R.

ῥητός. 185.

S.

σχέσις. 148.
σφηνίσκος et σφηκίσκος. 180.
Sophistae valde honorati erant in civitate Smyrnaeorum. XIX.
Stobaeus emendatur. 130. Explicatur. 141.
συνιέναι et συνεῖναι. 79. 132.

T.

τελετή. Cur ita appelletur Initiatio Sacrorum Eleusiniorum. 125.
Ternarius cur perfectus dicatur. 73.

V.

Vaticinandi ars Mathesis et Astrologia dicebatur. II.
ὑπεροχὴ et ὑπερέχειν. 147.
ὑπολείπεσθαί τινος quid sit in Astronomia. IV. *Annot.* (6).

CORRIGENDA.

Pag.	20	lin. 11	δαδουχίας lege δᾳδουχίας
——	22	—— 1	δυνατὸν· lege δυνατόν.
——	28	—— 14	ὡς ἕν lege ὡς ἐν
——	53	—— 23	*omissimus cum MS. S.* lege *omissae sunt, cum MS. S.*
——	92	—— 31	*nostrum* lege *nostram*
——	108	—— 20	*profetre* lege *proferre*
——	109	—— 32	δόξειν ἂν ἴσῳς lege δόξειεν ἂν ἴσως
——	110	—— 7	γενεσεως lege γενήσεως
——	111	—— 22	συνῳδον lege σύνῳδον
——	152	—— 17	εστι lege ἐστι

SEP 23 193